ΣΥΝ

DE

NOTARIIS E

TVM ORI

TVM OCCI

DISSERT

QVA

PRAE

IO. ANDREA

ABBATE MAR

SS. THEOL. D. EIVSQVE E

ORDINIS SV

DOMINO, PATRONO

HOSPITE SVO OMNI PIE

AETERNVM P

AD DIEM AP

IN NOVI IVLEI AV

PVBLICE EXAMINA

AVC

DAVID

HOIE

(

HELM.

TYPIS GEORG-WOLFGANGI

ΣΥΝ ΘΕΩ!

DE
...IS ECCLESIAE
...ORIENTALIS
...OCCIDENTALIS

...SERTATIO I.

QVAM

PRAESIDE

EA SCHMIDIO

MARIAEVALLENSI

...QVE ET ANTIQQ. SACR. P.P.O.

...INIS SVI SENIORE

...TRONO, PRAECEPTORE AC

...MNI PIETATE ET VENERATIONE

...RNVM PROSEQVENDO

APRILIS MDCCXV.

...LEI AVDITORIO MAIORI

...XAMINANDAM PROPONIT

AVCTOR

...ID SCHARF

HOIENSIS.

(o)

HELMSTADII,

...LFGANGI HAMMII, ACAD. TYPOGR.

REVERENDISSIMO ET PERILLVSTRI
DOMINO

DOMINO
GERHARDO

LIBERI ET IMPERIALIS COENOBII LOCCVMENSIS

ABBATI RELIGIOSISSIMO

SACRAE REGIAE MAGNAE BRITANNIAE
MAIESTATIS ET ELECTORIS BRVNS.
ET LVNEBVRG.
ECCLESIARVM ET TOTIVS CLERI IN VNIVERSO ELECTORATV BRVNSVICENSI
ET LVNEBVRGENSI

DIRECTORI SVPREMO

CONSILIARIO PROVINCIALI CONSISTORIALI ATQVE ECCLESIASTICO

PRIMO

ET STATVVM PROVINCIALIVM
IN DVCATV CALENBERGENSI

PRIMATI.

VT ET

VIRO ILLVSTRI ET MAGNIFICO

DOMINO BVRCHARDO SPILCKERO

JCTO EXCELLENTISSIMO

REGIAE MAGNAE BRITANNIAE MAJESTATIS ET ELECTORIS BRVNS. ET LVNEB. CONSILIARIO AVLICO CONSISTORIALI ATQVE ECCLESIASTICO, STATVVMQVE PROVINCIALIVM DVCATVS CALENBERGICI SYNDICO.

NEC NON

ILLVSTRI ET MAGNIFICO VIRO

DNO. HENRICO CHRISTOPHORO HATTORF

JCTO INCLYTO

AVGVSTISSIMI ET POTENTISSIMI MAGNAE BRITANNIAE REGIS ET ELECTORIS BRVNS. ET LVNEB.

CONSILIARIO AVLICO, CONSISTORIALI ATQVE ECCLESIASTICO, QVAESTORI PROVINCIALI ET GABELLARVM DIRECTORI,

DOMINIS PATRONIS AC PROMOTORIBVS SVIS SVMMIS

HANC DE NOTARIIS ECCLESIASTICIS

DISSERTATIONEM PRIMAM

IN PERPETVI OBSEQVII TESTIMONIVM VLTERIOREMQVE SVI COMMENDATIONEM EO, QVO DECET, SVBMISSI ANIMI CVLTV OFFERT

INCLYTORVM TANTORVM NOMINVM

HVMILLIMVS CLIENS

DAVID SCHARF, AVCTOR.

DEO AVSPICE.

ARgumento huic de notariis ecclesiasticis primus omnium forte mentem calamumque adiecit B. MEIERVS theologus in hac Iulia celeberrimus. Is enim *de duplici scribendi ratione*, *verbis & verborum compendiis*, *siglis nempe & notis*, *harumque inventione*, *usu quadruplici*, *differentiis & antiquatione*, more suo, i. e. admodum erudite scribere instituens, manus auxiliatrices ipsi praebente viro summe reverendo Domino D. BÖHMERO, dignissimo S. R. M. Britannicae consiliario ecclesiastico, generali superintendente, & praesule Wunstorpiensi, Patrono meo omni honoris & observantiae cultu nunquam non devenerando, pauca addidit *de institutione notariorum*, *& divisione*. Et optandum sane foret, ut B. viro coepto insistere licuisset, & ad reliqua progredi momenta. Verum morte praeventus necessitatem imposuit aliis, tum confitendi eximium opus hoc fato intercidisse, tum de notariis hisce ulterius cogitandi. Quorum in numero cum illi essent, quibus morem gerere debeo, hanc rem pertractare constitui, qui, si res, ut voti, sic arbitrii mei fuisset, alii cuivis hoc muneris impositum maluissem, qui & suscepturus lubentius, & administraturus id fuerat rectius. Etenim non sum nescius, tantam eius gravitatem aeque esse, quam amplitudinem, ut qui rerum antiquarum plurima atque varia scientia destitutus, & ad praesens imparatissimo propior, vel ideo censoria nota notandus cunctis videri queam. Ast cum in negotio hoc, sicut dixi, nullae optandi, sed tantum obsequendi relictae mihi sunt partes, defectumque omnem consilium supplet summe venerabilis domini praesidis, patroni, praeceptoris ac hospitis mei omni venerationis & obsequii cultu aeternum prosequendi, hac spe mihi blandior, fore, ut periti rerum aestimatores conatum meum aequi bonique consulant. Quare illud dimittens, principio statim, prius-

quam dicenda ordiar, instituti mei exponam rationem. Dispiciam autem primo tam nomen notarii, quam notas, synonyma, divisionem, ac originem notariorum ecclesiasticorum in ecclesia utraque orientali & occidentali; postea officia illorum; postremo requisita eorundem, vitia, numerum, dignitatem & titulos. Res ingentis voluminis (a) vnius vel alterius dissertatiunculae angustiis includam, omisso etiam dictionis cultu, quem praesentis materiae celebritas postulare omnino videbatur, quia nec locus, nec tempus patitur pro rei dignitate inhaerere illis, lectorique benevolo iucundum fore existimo, ut paucis legat exposita, quae fuse explicata, nauseam forte creent ac taedium.

CAP I.
DE
NOMINE NOTARII ET NOTIS.
§. I.

QVod igitur bene vertat, in rem praesentem ibimus, & quoniam methodi ratio postulat, ut originem vocis sedulo expendamus, investigabimus statim illam. VOSSIVS scribit, (b) nihil causae videre se, cur non a gallico *notaire* latinum *notarius* formemus. At difficile hoc est creditu; quid quod falsum videtur reputantibus, ad quam temporum classem & articulum utriusque linguae origo pertineat, tam latinae, quam gallicae. Balsamon a *notis musicalibus* derivat nomen, (c) Dominicus MACER vero a *notificando*. Verba huius

(a) Testem hac in re habeo Montfaucon. in palaeogr. gr. lib. I. cap. V. p. 35. cuius scriptoris, ut & aliorum copiam adeo liberaliter mihi fecit vir celeberrimus Dominus a MASTRICHT syndicus Reip. Bremensis longe meritissimus, ut & publice illi devinctum me eo nomine esse lubens fatear. (b) de vitiis sermonis falso suspectis p. m. 387. c. 2. (c) Si Macro credimus, colligenti id ipsum (collectio enim est admodum violenta) in hierolex. voc. *Notarius* ex verbis, quae Balsamon adiecit can. 62. conc. trull. vid. synod. tom. I. p. 231.

huius (*a*) sunt sequentia: *Errat tamen glossa in can. Monachus dist. 77. asserens notarium a notis ita appellari, nam a notificando ita dicitur, ut idem Baronius ann. 447. num. 10. bene advertit.* (*b*) Sed cum probari neutiquam possit & ritum illum notificandi, vel pontifici nomina baptizatorum, vel populo litanias, & processiones a pontifice habendas, quem ex ordine romano colligi posse Fresnius arbitratur, in ecclesia invaluisse, quamprimum notarii in illam introducti, & ab initio statim notariis incubuisse pueros docere musicam, nemo, opinor, erit, qui statuere pergat, a ritu isto, ac institutione, petendam esse originationem vocis.

§. II. Propius ad etymon accedunt, qui deducunt a notis. (*c*) Quandoquidem autem vox *nota* non unius est significationis (quippe generatim hoc nomine quodlibet signum venit, speciatim vero notae vocantur siglae & characteres litterarum, & magis stricte sumitur, characteres duntaxat comprehendens) adeoque varii generis sunt notae, animus non est, quod praemoneo, generaliorem attendere significatum, deque cunctis & singulis agere in praesenti. Hinc non addo iam viarum (*d*) notas, Nili, (*e*) digitorum pariter, ac oculorum pedumque, (*f*) con-

(*a*) d. l. voc. *protonotarius.* p. 501. (*b*) Advertit quidem, non vero inficiatur a notis nomen suum habere notarium. (*c*) Sunt vero illi: Augustinus lib. II. de doctr. christ. c. XXVI. Isidor. Orig. lib. I. c. XXI. Oct. Ferrarius in lib. de origine Rom. vid. thes. antiqu. Rom. tom. 1. p. 12. Andr. Tiraquell. in annot. ad Alex. ab Alex. Gen. D. lib. II. cap. XXX. p. m. 194. Gothofredus in not. d. ad l. 33. lib. 4. ff. tit. 6. Beveregius in praefat. praemissa inst. chron. Montfaucon. in palaeogr. gr. lib. I. cap. V. p. 35. & lib. V. cap. II. p. 351. Ruinart. in actis martyrum p. 144. Weitzius in not. ad Prudent. p. 604. &c. (*d*) Vid. Nicolai tract. de siglis veter. c. XXIX. (*e*) Evolve si lubet Strab. geogr. lib. XVII. p. m. 562. Bangertum in not. ad Helmold. chron. slavor. p. 538. seqq. & Phil. Beroald. comment. in Apuleii de asino aureo lib. II. p. 303. sq. (*f*) Ad quas alludunt Salomo Prov. c. VI. v. 13. Ovidius amor. lib. I. eleg. IV. & Tibullus lib. I. eleg. 2. Conf. Isidor. Orig. lib. I. c. 25. quosque de digitorum notis speciatim agentes B. Geierus citat in explicatione dicti Salomonaei, Bedam de indigitatione, Lignarid. oblect. acad. cap. 6, & Pinto Kamirez spicil. c. 120. n. 7. immo quorum Fresnius meminit in gloss. lat. V. *signum*, Hug. a Port, Coel. Rhodigin. Frederic. Morellum & Haeftenum.

conviviorum, (a) lucernarum, (b) monetarum (c) vectigalium, (d) templorum, annulorum, vestimentorum, calceorum, artificii vel opificii confecti, suppellectilis cuiusvis, aedium, sepulcrorum. (e) Non notas commemoro ponderum & mensurarum, (f) illasque quibus homines (g) olim notabantur vel in fronte, (h) vel in maxilla, (i) vel in brachiis (k) manibusque. (l) Taceo de militaribus

(a) Adi Aelium Spartianum p. m. 274. & Dilherrum in appar. philol. p. 493. sq. (b) De quibus videri potest, quem citat Hoffmannus in lex. un. voc. *notae*, Licetus. (c) Consule Montfaucon. d. l. lib. V. cap. IV. illosque, qui de nummis scripsere. (d) Quas idem Montfaucon adducit c. l. Caeterum ad reliquas non minus, quam superiores conferri poterit Nicolai d. l. (e) Vid. Nicolai de sepulcris hebr. lib. IV. c. III. (f) Quae graecis speciatim usitatae fuerunt, eas Montfaucon exhibet d. l. lib. V. cap. V. Latinorum vero Demetrius Alabaldus exposuisse legitur, ut & Beda in tr. de ratione unciarum (qui una cum priori de minutiis inter auctores reperitur latinae linguae in unum corpus redactos. Coloniae Allobrogum anno MDCXXII.) nec non Rabanus Maurus in libro de computo a Stephano Baluzio edito. Vid. notae sentent. a Fresnio adiectae gloss. gr. (g) Vtplurimum quidem servi, non tamen unice, quippe & alios homines interdum signatos esse ex Pontio Diacono constat. not. h. citato. Idcirco serviles quoque notae dictae quas a Cicerone Threicias vocatas esse alii volunt, non sublato tamen discrimine, quod intercedit illas inter & has, quodque in eo situm, ut notae Threiciae non servitutis, sed nobilitatis sint insigne, & nominatim vel fidelitatis coniugalis vid. Ant. de Gvevara horol. princ. p. 234. vel cultus idololatrici. vid. Plutarch. apud Stephanum in voc. στίζω & Coel. Rhodigin. antiqu. lect. lib. XVI. cap. X. p. 597. (h) Vid. Pontius Diaconus in vita Cypriani. Aelian. var. hist. lib. II. c. IX. & Scheffer. adnotam. ad h. l. Alex. ab Alex. l. c. lib. V. cap. XVIII. Calvinus in lex. voc. στιγματίαι. Laur. Pignor. de servis pag. 19. seqq. Zwinger. theatr. vit. hum. p. 816. col. 2. (i) Malitiosos enim poena hac suo tempore affectos esse de eo dubitare nos non sinit edictum Henrici Imperatoris, Burchardi item lex familiae & Radevic. lib. 3. cap. 26. Vid. Fresne gloss. lat. voc. *signum*, *character*, *combustio*, *in maxilla comburi*. (k) Fabricensium enim brachiis notas publicas, quae stigmata vocantur inflictas esse constat ex l. 3. cod. de fabricensibus. (l) De Aquariis res manifesta est ex Zenonis edicto, quod l. 10. C. de aquae ductu exhibetur. Nec minus idem apud milites obtinuisse tempore

bus (*a*) notis, ſuffragatoriis, (*b*) teſſerariis, ſortiariis, magicis. (*c*) Cenſorias, (*d*) iudicii, (*e*) arithmeticas, (*f*) chronologicas in diplomatibus addi ſolitas, (*g*) easque, quae in fine librorum deſcriptorum a calligraphis adhibebantur, (*h*) muſicas, (*i*) ſenten-

B

pore Mauricii Imperatoris, iure colligi poteſt ex Gregor. M. ep. LXII. lib. II. Ind. XI. Conf. quod apud Gothofr. ad l. 3. C. de fabricenſibus in not. & Calvinum in voc. *ſtigmata*, citatum reperitur Ael. (rectius, Aet.) Amideni teſtimonium lib. 8. c. 12.

(*a*) Quarum nomine litterae inprimis tres iſtae veniunt, Θ. ſc. T. (vel iuxta Lipſium V. vid. Nicol. d. l. p. 188. iuxta Reineſium Υ. Id. p. 189. alios vero K. vid. Reiz. annotat. ad Goodwin. Moſ. & Aaron. p. 405.) & A. Conf. Iſidor. Orig. lib. I. c. 23. & Fresne in lit. T. & Th. ſeu Θ. Quae reliqua ſunt huc pertinentia, de induſtria praeterimus ſilentio. (*b*) Vna cum teſſerariis, ſortiariisque uberius explicatis ab Hermanno Hugone de prima ſcribendi origine c. XXIV. XXV. XXVI. (*c*) Quas codex regius complectitur 3482. bombycinus, teſte Montfauconio in palaeogr. gr. lib. I. c. 7. p. 65. Sunt vero inter illas Epheſiae vulgo ſic dictae litterae, quas Epheſius (vid. Svid. in v. ἐφέσια γράμματα) in certamine cum Mileſio ad talum habens ſemper ſuperior fuit illo, Clemens vero Alexandrinus recenſet ſtrom. lib. V. p. 568. (*d*) Conf. Prevot. comment. de magiſtr. rom. c. X. p. 146. ſeqq. (*e*) i. e. certas quasdam litteras, quarum in deſignatione diſſentiunt autores. Vid. Iſidor. l. c. lib. I. c. 3. Dilherri appar. philol. p. 478. Goodwin Moſ. & Aaron. p. 405. 406. Sert. Vrſat. libr. de not. lit. O. Ludovici exercit. ad panegyr. Plin. p. 86. (*f*) Quae vel digitis, eorumque ſitu vario conficiuntur; (Beda in tract. de computo vel loquela per geſtum digitorum. Petri Colvi not. uber. ad Apuleii opera omnia p. 266. Coel. Rhodigin. lect. antiqu. lib. XXIII. c. XI. XII.) vel litteris exprimuntur ab arabibus, ſyris, ſamaritanis, aethiopibus, (vid. Beveregii inſtitut. chron. p. 191. ſeqq.) graecis & latinis; vel cifris perſcribuntur, quarum figuram priſtinam, ab ea, quae hodie obtinet, toto coelo differre Mabillonius docet in de re diplom. lib. II. c. XXVIII. (*g*) De quibus prolixe non minus ac erudite egit Mabillon d. l. lib. II. c. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. (*h*) Exempla qui deſiderat, Montfaucon. adeat. d. l. & quampluri ma inveniet. (*i*) Fuſe expoſitas ab Alſtedio in encyclopaed. lib. XIV. cap. V. Conf. ven. Dn. Praeſidis diſſ. de cantoribus.

conviviorum, (a) lucernarum, (b) monetarum (c) vectigalium, (d) templorum, annulorum, vestimentorum, calceorum, artificii vel opificii confecti, supellectilis cuiusvis, aedium, sepulcrorum. (e) Non notas commemoro ponderum & mensurarum, (f) illasque quibus homines (g) olim notabantur vel in fronte, (h) vel in maxilla, (i) vel in brachiis (k) manibusque. (l) Taceo de militaribus

(a) Adi Aelium Spartianum p. m. 274. & Dilherrum in appar. philol. p. 493. sq. (b) De quibus videri potest, quem citat Hoffmannus in lex. un. voc. *notae*, Licetus. (c) Consule Montfaucon. d. l. lib. V. cap. IV. illosque, qui de nummis scripsere. (d) Quas idem Montfaucon adducit c. l. Caeterum ad reliquas non minus, quam superiores conferri poterit Nicolai d. l. (e) Vid. Nicolai de sepulcris hebr. lib. IV. c. III. (f) Quae graecis speciatim usitatae fuerunt, eas Montfaucon exhibet d. l. lib. V. cap. V. Latinorum vero Demetrius Alabaldus exposuisse legitur, ut & Beda in tr. de ratione unciarum (qui una cum priori de minutiis inter auctores reperitur latinae linguae in unum corpus redactos. Coloniae Allobrogum anno MDCXXII.) nec non Rabanus Maurus in libro de computo a Stephano Baluzio edito. Vid. notae sentent. a Fresnio adiectae gloss. gr. (g) Vtplurimum quidem servi, non tamen unice, quippe & alios homines interdum signatos esse ex Pontio Diacono constat. not. h. citato. Idcirco serviles quoque notae dictae quas a Cicerone Threicias vocatas esse alii volunt, non sublato tamen discrimine, quod intercedit illas inter & has, quodque in eo situm, ut notae Threiciae non servitutis, sed nobilitatis sint insigne, & nominatim vel fidelitatis coniugalis vid. Ant. de Gvevara horol. princ. p. 234. vel cultus idololatrici. vid. Plutarch. apud Stephanum in voc. στίζω & Coel. Rhodigin. antiqu. lect. lib. XVI. cap. X. p. 597. (h) Vid. Pontius Diaconus in vita Cypriani. Aelian. var. hist. lib. II. c. IX. & Scheffer. adnotam. ad h. l. Alex. ab Alex. l. c. lib. V. cap. XVIII. Calvinus in lex. voc. στιγματίαι. Laur. Pignor. de servis pag. 19. seqq. Zwinger. theatr. vit. hum. p. 816. col. 2. (i) Malitiosos enim poena hac suo tempore affectos esse de eo dubitare nos non sinit edictum Henrici Imperatoris, Burchardi item lex familiae & Radevic. lib. 3. cap. 26. Vid. Fresne gloss. lat. voc. *signum*, *character*, *combustio*, *in maxilla comburi*. (k) Fabricensium enim brachiis notas publicas, quae stigmata vocantur inflictas esse constat ex l. 3. cod. de fabricensibus. (l) De Aquariis res manifesta est ex Zenonis edicto, quod l. 10. C. de aquae ductu exhibetur. Nec minus idem apud milites obtinuisse tempore

bus (a) notis, ſuffragatoriis, (b) teſſerariis, ſortiariis, magicis. (c) Cenſorias, (d) iudicii, (e) arithmeticas, (f) chronologicas in diplomatibus addi ſolitas, (g) easque, quae in fine librorum deſcriptorum a calligraphis adhibebantur, (h) muſicas, (i)

B ſenten-

pore Mauricii Imperatoris, iure colligi poteſt ex Gregor. M. ep. LXII. lib. II. Ind. XI. Conf. quod apud Gothofr. ad l. 3. C. de fabricenſibus in not. & Calvinum in voc. *ſtigmata*, citatum reperitur Ael. (rectius, Aet.) Amideni teſtimonium lib. 8. c. 12.

(a) Quarum nomine litterae inprimis tres iſtae veniunt, Θ. ſc. T. (vel iuxta Lipſium V. vid. Nicol. d. l. p. 188. iuxta Reineſium Υ. Id. p. 189. alios vero K. vid. Reiz. annotat. ad Goodwin. Moſ. & Aaron. p. 405.) & A. Conf. Iſidor. Orig. lib. I. c. 23. & Fresne in lit. T. & Th. ſeu Θ. Quae reliqua ſunt huc pertinentia, de induſtria praeterimus ſilentio. (b) Vna cum teſſerariis, ſortiariisque uberius explicatis ab Hermanno Hugone de prima ſcribendi origine c. XXIV. XXV. XXVI. (c) Quas codex regius complectitur 3482. bombycinus, teſte Montfauconio in palaeogr. gr. lib. I. c. 7. p. 65. Sunt vero inter illas Epheſiae vulgo ſic dictae litterae, quas Epheſius (vid. Svid. in v. ἐφέσια γράμματα) in certamine cum Mileſio ad talum habens ſemper ſuperior fuit illo, Clemens vero Alexandrinus recenſet ſtrom. lib. V. p. 568. (d) Conf. Prevot. comment. de magiſtr. rom. c. X. p. 146. ſeqq. (e) i. e. certas quasdam litteras, quarum in deſignatione diſſentiunt autores. Vid. Iſidor. l. c. lib. I. c. 3. Dilherri appar. philol. p. 478. Goodwin Moſ. & Aaron. p. 405. 406. Sert. Vrſat. libr. de not. lit. O. Ludovici exercit. ad panegyr. Plin. p. 86. (f) Quae vel digitis, eorumque ſitu vario conficiuntur; (Beda in tract. de computo vel loquela per geſtum digitorum. Petri Colvi not. uber. ad Apuleii opera omnia p. 266. Coel. Rhodigin. lect. antiqu. lib. XXIII. c. XI. XII.) vel litteris exprimuntur ab arabibus, ſyris, ſamaritanis, aethiopibus, (vid. Beveregii inſtitut. chron. p. 191. ſeqq.) graecis & latinis; vel cifris perſcribuntur, quarum figuram priſtinam, ab ea, quae hodie obtinet, toto coelo differre Mabillonius docet in de re diplom. lib. II. c. XXVIII. (g) De quibus prolixe non minus ac erudite egit Mabillon d. l. lib. II. c. XXIII. XXIV. XXV. XXVI. XXVII. & XXVIII. (h) Exempla qui deſiderat, Montfaucon. adeat. d. l. & quamplurima inveniet. (i) Fuſe expoſitas ab Alſtedio in encyclopaed. lib. XIV. cap. V. Conf. ven. Dn. Praeſidis diſſ. de cantoribus.

ſententiarum, (*a*) chymicas, (*b*) mathematicas, aſtronomicas, iatricas, litterarum, (*c*) iuridicas, (*d*) hieroglyphicas (*e*) & quamplurimas alias non adtingo.

§. III. Proponam vero conſiderandas tam notas litteras, ſeu litteratas, quam non litteras, ſeu illitteratas, quia ad hunc locum unice faciunt, & notarios his & illis uſos eſſe in ſcriben-

(*a*) Marginales dictas a Montfaucon. d. l. lib. V. c. V. p. 370. & grammaticales a Nicolai c. l. p. 104. quas Iſidoro monente l. c. lib. I. cap. 20. antiqui ad diſtinctionem ſcripturarum carminibus & hiſtoriis appoſuerunt. Sunt vero numero XXVI. ab eodem Iſidoro l. c. Freſnio in appendice ultima gloſſ. gr. & Martinio in lex. philol. voc. *Notae* exhibitae ſubiuncta explicatione illarum. Conf. Wowerii polymath. cap. XVII. & Aegidii Menagii obſervat. in Diog. Laërtii lib. III. p. 96. ſeq. (*b*) Vid. de his & mathemat. aſtronom. ac iatricis notis Carol. du Freſne addit. ad gloſſ. graec. & Montfaucon. d. l. lib. V. c. VI. (*c*) Vel verſis enim ſcribebant verbis, vel litteras tranſponebant, quo ultimo ſcribendi genere tam Caeſarem uſum eſſe, quam Auguſtum Suetonius refert in illorum vita. Nec antiquis tantum temporibus, ſed inſequentibus, imo etiam noſtris metatheſis haec litterarum variusque per illas occulte ſcribendi modus amatores invenit non paucos. (*d*) In eius gratiam, qui plura de iis ſcire cupit autores nomino, Innocentium (vid. notitia iuris praemiſſa ed. Lipſienſ. corp. iuris civilis 4. 1705.) de literis notis iuris a Salmaſio primum erutum e bibliotheca Palatina, & a Nic. Rigaltio tandem editum inter auctores finium regundorum Lutetiae 4. A. 1684. Magnonem, inter autores varios latinae linguae extantem, qui Caroli M. tempore peculiarem illis interpretandis impendit operam in opuſculo, cuius initium eſt ſequens,

Haec iuris σημεῖα libens rex accipe Carle
Offert devotus, quae tibi Magno tuus,

& Dilherr. l. c. p. 494. ſeqq. (*e*) Quas ex antiquis (ne alios commemorem Orus expoſuit, ſive Horus Apollo, quem cum Horo ſeu Horapolline graeco grammatico perperam nonnulli confundunt iudice Morhofio in polyhiſt. tom. I. lib. IV. c. II. quo in loco & editiones autoris huius, & verſiones eius annotat, circa quod moneo, annum minus recte poſitum eſſe, quo Hoeſchelius edidit hieroglyphica Horapollinis, ſiquidem haec, non ut Morhof. ſcribit anno 1605. ſed anno MDVC i. e. anno 1595. lucem adſpexere.

ſcribendo, dein conabor oſtendere. Illae ſiglae alias dictae, (*a*) nec non ſigla, (*b*) biglae, (*c*) ſingula, (*d*) ſinglae, (*e*) vigla, & ſimpla, (*f*) *compendia erant litterarum*, (verbis utor VOSSII) (*g*) *cum una vel duae litterae* (addo, interdum tres pluresve) *pro voce ponerentur pluribus litteris conſtante.* Quod dixi paucis exemplis efficiam apertius: populus romanus per litteras P. R. ſcribebatur addita interpunctione, qua omiſſa praetor denotabatur; (*h*) adiutor per ADI; dictator per DICT; excurſor per EXCVR; neptunus per NEPTVN; germanicus per GERMANIC. &c. (*i*) Θεὸς, per ΘC linea ſuperpoſita; πατὴρ, per ΠΗΡ. κύριος per KC. &c. (*k*) Has notas litteras, qui confert cum iuridicis, aliisque notis, non omnibus tamen, quas adduxi ante, facile videt, ut ſpeciem a genere, ita etiam illas notas a ſiglis tantum differre, quarum in originem ulterius lubet inquirere.

(*a*) Vid. Dn. Cypriani diſſ. de Siglis. (*b*) Vid. de ratione iuris ad anteceſſ. §. 8. (*c*) Conf. Gothofred. in not. not. d. ad l. 33. §. 1. ff. ex quibus cauſis maiores. (*d*) Conf. Gothofred. in not. not. u. ad cod. de officio praefecti praetorio. (*e*) Vid. de confirmatione dig. ad magnum ſenatum §. 22. (*f*) Vid. de concept. dig. ad Tribon. §. 13. (*g*) de art. gramm. lib. I. cap. XL. p. 138. (*h*) Conf. Hub. Giphan. comm. in inſtit. p. 51. (*i*) Plura qui de his legere cupit, evolvat M. Valerium Probum, qui ſub Auguſto vixit, (fallitur enim egregie Octavianus Ferrarius, quando in de origine romanorum refert, vid. theſaur. antiqu. rom. tom. I. p. 14. Valerium Probum librum ſcripſiſſe de C. Iulii notis. i. e. non de ſiglis ſed notis litterarum) Petrum item Diaconum, (quippe Mabillonius minus vere dixit in de re diplom. l. I. c. XI. §. XVIII. Petr. Diacon. easdem explicaſſe notas, quas Gruterus protulit in lucem,) qui Conradi I. Imp. tempore floruit. (quorum tractatus una cum aliis, inque his autore quodam perantiquo in unum redacti corpus a Frid. Lindenbrogio, cum notis eiusdem prodiere in 8. Lugduni Batavorum a. c. 1549. vid. notitia iuris iam ante citata) & Sertorium Vrſatum de notis romanorum. Inſpicienti tamen cavendum erit, ne typographorum incuria, quam deprehendere licet in autoribus memoratis, ſeductus, in ſiglarum ſcriptione errorem erret haud contemnendum. (*k*) Montfaucon. c. l. lib. V. cap. I.

§. IV. Antiquas eas admodum esse indicio sunt VOSSIO (*a*) iudice, CICERONIS verba: (*b*) *Deinde etiam si quid apud maiores nostros fuit in isto studio admirationis: id enuntiatis vestris mysteriis, totum est contemtum & abiectum. Posset agi lege, nec ne, pauci quondam sciebant. fastos enim vulgo non habebant. erant in magna potentia qui consulebantur: a quibus etiam dies tanquam a chaldaeis petebantur. Inventus est scriba quidam Cn. Flavius, qui cornicum oculos confixerit, & singulis diebus ediscendos fastos populo proposuerit, & ab ipsis cautis iurisconsultis eorum sapientiam compilarit. Itaque irati illi, quod sunt veriti, ne dierum ratione pervulgata, & cognita, sine sua opera lege posset agi, notas quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent.* Imo Raderus Iudaeam multis annis ante Ciceronem siglarum artem invenisse statuit. (*c*) Verum enim vero de auctore variae sunt scriptorum sententiae. Quidam ipsi Adamo inventionem illarum tribuunt, alii Sethi liberis, alii Abrahamo, alii tandem aliis. (*d*) Sed assensum illis praebere vix possum. Argumentum enim, quod ego quidem inveni, quoque hoc demonstrare satagunt, qui inventionis gloriam illis tribuunt, quos nominavi, huc redit, quia Adamus, vel Sethi soboles, vel Abrahamus, vel quicunque demum alius litteras primus invenit. Illationem autem hanc, nullam esse, quae a litteris procedit ad siglas, notius est, quam ut a me dici oporteat.

§. V. Tutius agunt illi, qui nihil certi de origine siglarum determinantes, hebraeos non solum, sed & graecos ac latinos in scribendo eas adhibuisse asseverant. De hebraeis, ut de singulis ordine dicam, res certa est, quippe hoc abbreviaturae ipsorum docent, de quibus apprime conveniens est locus IO. BVXTORFFII. (*e*) *Abbreviaturae*, inquit, *sunt aliarum vocum literae initiales in vocis formam coniunctae, & duobus apicibus superne notatae, quarum singulae singulas dictiones alias connotant*

(*a*) d. l. p. 139. (*b*) pro Muraena p. 478. tom. II. op. Cic.
(*c*) Videatur, qui plenius exhibet Raderi verba, Nicolai d. l. cap. IV. p. 16.
(*d*) Vid. Nicol. d. l. (*e*) in tractat. de abbrev. hebr. p. 2.

notant. Hinc ab hebraeis vocantur ראשי תיבות *capita, initia vocum. Tantopere hoc scribendi compendio hebraei gaudent, ut nullus liber, nullum scriptum, nulla epistola, nulla pagina aut scheda eo fere careat. ----- Peperit eas partim scriptionis celeritas, partim usus celebritas.* Graecos itidem per siglas scripsisse quondam, & codices testantur antiqui, (*a*) & NICOLAI colligit ex exemplis, quae adducit. (*b*) Primum est nomen ΑΔΑΜ quatuor indicans mundi plagas: (*c*) Alterum ΙΧΘΥΣ Iesum Christum Dei filium servatorem indicans: Tertium ΚΑΡΑΙ cuius litterae quinque totidem designant patriarchas, Constantinopolitanum scilicet, Alexandrinum, Romanum, non vero Ruthenum, ut l. c. erratum ab operis esse existimo, quibus adesse non potuit cl. auctor, (*d*) Antiochenum, & Ierosolymitanum. Quartum & reliqua recensere supersedeo. Postremo eundem latinis fuisse morem, non est, ut prolixe probem. Audiamus VALERIVM PROBVM qui ita infit: (*e*) *Apud veteres cum usus notarum nullus esset, scribendi facultatem, maxime in senatu, qui aderant, scribendo, ut celeriter comprehenderent, quaedam verba atque nomina ex communi consensu primis litteris notabant: & singulae quid significarent, in promptu erat. ----- Publicae sane* (intellige, notae) *tenendae sunt: quae in monumentis plurimis & historiarum libris, sacrisque publicis reperiuntur, ut P. Publius* &c.

§. VI. Haec Valerius Probus de siglis, quas iuxta atque notas, seu characteres, a legum codicibus abolendas sanxit IVSTINIANVS (*f*) quia & errori (*g*) ansam dabant & fraudi, non

 uno

(*a*) Vid. Montfaucon. d. l. (*b*) c. l. cap. V. p. 21. seq. (*c*) Conf. Wagenseil. sot. p. 112. (*d*) Nisi forte respicere quis velit ad hodiernas graecorum sedes, inter quas & Moscowitarum utique est, tum temporis nondum existens, cum vox haec fuerit inventa. (*e*) In praefat. libelli de notis romanorum interpretandis. (*f*) in constitut ad Tribonianum §. 13 ad senatum item & omnes populos §. 22. & magnum senatum §. 22. nec non antecessores, §. 8. (*g*) Pulcherrime (Salmutho teste in Pancir. p. II. p. 264.) Barnab. Brissonius lib. 4. select. interpret. c. 21. *Quis enim, si eiusmodi velut stigmatum notis deformatos veteris iurisprudenn-*

uno dein modo explicari coeptae. Quod ut demonstrem exemplo, senatum populumque romanum ita scribebant siglis S.P.Q.R. quas diversi diversimode postea interpretati: serva populum, quem redemisti: stultus populus quaerit Romam: sancte pater quid rides? ℟. Rideo quod papa sum: sono poltroni questi Romani, h.e. interprete LANSIO (*a*) Romani hodierni sunt nequam & ignavi.

§. VII. Missis siglis progredimur tandem ad notas proprie sic dictas. Sunt vero illae de CANGII (*b*) sententia, *signa quaedam literarum, quibus vox integra intelligitur.* Itaque mirum haud est, quas graeci χαράγματα & σημεῖα (*c*) designant, has latinos signa verborum, figuras, zifras, furta verborum, imagines, puncta & catenas nuncupare. Vt autem dictis meis fidem conciliem, age, autores producam hoc ipsum confirmantes. S. BASILIVS οἱ λόγοι inquit (*d*) τὴν φύσιν ὑπόπτερον ἔχουσι· διὰ τοῦτο σημείων χρῄζουσιν ἵνα ἱπταμένων αὐτῶν λάβῃ τὸ τάχος ὁ γράφων. σὺ οὖν, ὦ παῖ, τὰ χαράγματα τέλεια ποίει, καὶ τοὺς τύπους ἀκολούθως κατάστιζε, per χαράγματα ibidem & σημεῖα non literas, sed notas intelligens, id quod ἀναντίῤῥητον & extra controversiae positum est aleam. Basilio iungimus CICERONEM ita scribentem: (*e*) *Et quod ad te de X legatis scripsi, parum intellexti, credo, quia διὰ σημείων scripseram*, i. e. ut DILHERRVS (*f*) docet per notas strictiori sensu acceptas. Nec silentio est praetereundus PLVTARCHVS, qui, notas (*g*) σημεῖα (*h*) appellat. Quemadmodum igitur notas, χαράγμα-

prudentiae libros Iustinianus ad nos transmisisset, earum sese laqueis expedire potuisset, aut quis in illis reddendis exprimendisque litium altercationumve finis fuisset, cum in earum interpretatione Tribonianus ipse frequenter haesisse deprehendatur. Conf. Montfauc. d. l. lib. V. cap. I. p. 342. & 347.

(*a*) in orat. contra Italiam pag. 569. (*b*) in gloss. lat. voc. notae. (*c*) Qua voce tamen, dum generalis est, siglas denotat Magno in epigraphe ad Carolum Magnum supra posita. (*d*) in epist. 178. ad notarium. (*e*) ep. 32. lib. XIII. ad Atticum. (*f*) in notis ad Lipsii tractatum de notis romanorum. Vid. appar. philol. Dilherri p. 491. Aliter tamen sentit Vossius d. l. p. 139. (*g*) Presse sic dictas, non vero late ut Vossius vult d. l. (*h*) in Catone minore p. 263.

χαράγματα & σημεῖα appellatas esse ex supra dictis constat, ita etiam reliqua notarum synonyma nullo labore confirmari queunt. Signa etenim dictas esse ostendam verbis sancti HIERONYMI. Sic autem ille: (*a*) *de scripturis pauca perstrinxi, nec orationem meam, ut in caeteris libris facere solitus sum, illarum floribus texui. Extemporalis est dictatio, & tanta ad lumen lucernulae facilitate profusa, ut notariorum manus lingua praecurreret, & signa ac furta verborum volubilitas sermonum obrueret.* Ne dicam in praesenti de testimoniis, quae NICOLAI adducit, (*b*) OVIDII, HORATII & SIDONII APOLLINARIS, (*c*) profero saltem, quod in martyrio S. GENESII Arelat. apud Surium 25. aug. scriptum, in FRESNII gloss. lat. (*d*) in haec verba legitur: *Sanctus itaque Genesius in iuventutis flore primaevo provincialis militiae tyrocinium suscepit, eam officii partem studio & arte complexus, quae patronorum verba vel nova signorum velocitate, vel dexterae sonum vocis aequaret, spiritalem futurae gloriae imaginem praefigurans, ut qui praecepta divina celeritate audiret, ea fidelibus notis piae mentis exciperet.* Porro notas figurarum nomine venire ex ENNODIO patet in vita sancti Epiphanii episc. Ticinensis: (*e*) *Notarum in scribendo compendia & figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit.* Tandem, ne prolixus sim, notas zifras (*f*) etiam ac imagines esse dictas ex QVINTILIANO, SPIEGELIO, PORTA & PANCIROLLO, quos citat NICOLAI; (*g*) furta vero verborum, puncta & catenas, ex HIERONYMO (*h*) liquet & PRVDENTIO. (*i*) Allatis hisce synonymis siglarum vocem annumerat SALMVTHVS (*k*) (una cum NICOLAI presse eum sequente,) hac praecipue causa, quia notas proprie sic dictas, tempore Iustiniani ita vocatas esse probari posse existi-

(*a*) In epistola XLVII. de vitando suspecto contubernio. Conf. ei. ep. XXXIV. ad Iulianum. (*b*) d. l. p. 6. 7. (*c*) lib. IX. ep. IX. p. m. 263. (*d*) voc. *notae*. (*e*) p. 360. (*f*) Conf. Cuiac. observ. lib. III. p. 62. (*g*) c. l. p. 7. §. III. (*h*) cuius verba iam iam adduximus partim, partim quoque extant in epistola eius tertia. (*i*) Lib. περὶ στεφάνων hymno IX. condito in passionem sancti Cassiani Forocorneliensis. (*k*) in comment. ad Panciroll. p. II. p. 264.

existimat, (a) nec tamen negat, sed profitetur potius discrimen, quod intercedit utique inter sigla & notas presse sic dictas. Illa, ut ex antecedentibus constat, litterae sunt, hae vero non. Cuius rei probandae causa adducitur vulgo l. 6. §. 2. ff. de bon. possessionibus l. 40. pr. ff. de testamento militis. Alii addunt (b) l. 33. §. 1. ff. ex quibus causis maiores l. 9. §. 4. ff. de haeredibus instituendis l. 1. §. 6. ff. de extraordin. cognit. quo iure quave iniuria, nostrum non est dispicere, quibus probasse sufficit notas stricte sic dictas non esse siglas. Et sane differentiam hanc MANILIVS (c) VARRO, (d) TVRNEBVS, (e) SCHOLIASTES BASILIC. (f) DILHERRVS, (g) CVIACIVS, (h) MONTFAVCONIVS (i) tradidere ut plures alios omittam. Hanc neque LIPSIVS (k) nescivit, nec WOWERIVS, (l) quos verbis tamen hac in materia dissidentes conciliare allaborat NICOLAI, (m) Lipsio latiorem adscribens vocis notae acceptionem, Wowerio vero strictiorem, cum paulo ante asseruerit, Lipsium duplicem statuisse apud veteres scribendi modum, unum scilicet per notas, alterum per siglas, Wowerium contra triplicem per notas sive διὰ σημείων, litteras singulas seu siglas, & verba integra. Verum Lipsius duplicem scribendi modum exprimere volens, SCRIPTVRAE quidem meminit & NOTARIAE (n) (per quam, artem aeque per siglas scribendi intelligit, quam per notas) non autem notarum & siglarum;

(a) ex epist. ei. ad antecess. §. 8. (b) Vid. Nicol. d. l. p. m. 7. §. III. (c) lib. IV. astronom. p. 86. Scalig. in not. ad h. l. p. 287. (d) Teste Martinio in lex philol. voc. *nota*. (e) in Adv. lib. XIV. cap. XXIV. (f) ad lib. 40. pag. 293. (g) in appar. philol. p. 492. (h) in observ. lib. XIII. p. 364. seq. (i) d. l. lib. V. c. 1. p. 344. (k) Vid. eiusdem epist. XXVII. cent. 1. ad Belgas. (l) Vid. eiusd. polymath. c. V. p. 48. (m) d. l. p. 5. & 6. (n) Quae aliis notoria audit, qua de voce Turnebus egit in advers. lib. XIV. c. XX. Wowerius loc. cit. cap. V. p. 51. Salmasius in not. ad Trebell. Poll. & Flav. Vop. Vid. historiae Augustae scriptores Lugduni Bat. ed. anno 1671. p. m. 398. 512. Baron. ad ann. 262. n. 25. & Fresne in gloss. lat.

ſiglarum; nec ſi ita locutus eſſet (notas licet pro ſignis & litteris ſimul haberet,) immunis foret a contradictione quadam, eaque vera. Venio iam ad originem notarum, quae incerta admodum eſt, variisque implicata cernitur difficultatibus. Nos auctores ſecuturi, quae diverſa prodiderint hac de re, ſub nominibus ipſorum trademus. De ſententia PLVTARCHI, CICERO eſt notarum auctor. Verba illius haec ſunt: (*a*) τοῦτον μόνον ὧν Κάτων εἶπεν διασώζεσθαι φασὶ τὸν λόγον, Κικέρωνος τοῦ ὑπάτου τοὺς διαφέροντας ὀξύτητι τῶν γραφέων, σημεῖα προδιδάξαντος ἐν μικροῖς καὶ βραχέσι τύποις πολλῶν γραμμάτων ἔχοντα δύναμιν. ---- οὔπω γὰρ ἤσκουν, οὐδ᾽ ἐκέκτηντο τοὺς καλουμένους σημειογράφους. ἀλλὰ τότε πρῶτον εἰς ἴχνος τι καταστῆναι λέγουσιν. quae HERMANNVS CRVSERIVS ita reddidit; (*b*) *Hanc orationem Catonis perhibent unam extare: quod conſul Cicero expeditiſſimos ſcribas ante docuiſſet notas, quae minutis & brevibus figuris multarum vim literarum complectebantur: ---- Nondum enim uſi fuerant, neque habebant exceptores actuarios: ſed tunc primum rudimenta eos aſſerunt poſuiſſe.* Neque ego is ſum, qui ignorem LIPSIVM alicubi (*c*) ſcribere, etſi Plutarchus & Dion patronis attribuant notarum inventionem, Plutarchum tamen pro Tirone magis eſſe. Atqui vero a Lipſio quae hanc in rem dicta ſunt, tam non amplexor, ut ipſis a verbis illa non parum abludere etiam exiſtimem. Equidem Tironem notas inveniſſe ab EVSEBIO (*d*) obſervatum animadverto, qui in chronico (*e*) haec habet: *M. Tullius Tiro Ciceronis libertus, qui primus notas commentus eſt, in Puteolano praedio usque ad centeſimum annum conſeneſcit.* Verumtamen, qui hinc inferri poſſe putant, pro Tirone Plutarchum quoque pugnare, ſibi habeant ſua, nos diſſentimus. Alium porro inventorem adducit DIO CASSIVS, qui πρῶτος, inquit (de Mecaenate loquens) σημεῖά τινα γραμμάτων πρὸς τάχος ἐξεῦρε

C i. e.

(*a*) in Catone minore p. 263. (*b*) Vid. verſion. ab ipſo adornat. p. 523. (*c*) in epiſt. citata. (*d*) quem ſequitur Beveregius. Vid. ei. praef. praemiſſa Inſtit. chronol. (*e*) p. 156. ad ann. MMXII. quod vult Beveregius d. l. vel MM XXXIX, quae ſententia eſt Horneii in compend. hiſt. eccleſ. p. 206.

i. e. (*a*) *primus ad celeritatem scribendi notas quasdam literarum excogitavit.* Nam qui cum Lipsio Dionem Cassium mente non refragari censent Plutarcho & Eusebio, etsi paene verbis, ab iis validiores requirimus rationes: tantum abest, ut nos moveant illae, quas adferre videtur LIPSIVS, dum ait: (*b*) *Non hercle primus* (Mecaenas puta) *omnes, sed quasdam ex iis,* (invenit) *& auxit. Imo revera nec Cicero, nec ipse: sed liberti eorum, ut ex Isidoro clarum: etsi Plutarchus & Dio patronis attribuerunt. Seneca noster magis ingenue: quid loquar verborum notas, quibus quamvis citata excipiatur oratio? vilissimorum mancipiorum ista commenta sunt.* Apparet enim nihil esse, cur Senecae Isidorique verba fundamenti loco ponat, mentem explicaturus Dionis Cassii. Taceo iam, minus recte ab huius ad illius mentem colligi. Non refero Isidorum seculo demum septimo floruisse, quo tempore maiorem huius rei, quam longe ante, viguisse cognitionem vix est probabile, ne quid dicam durius. Praetereo ipsum Lipsium Isidoro per omnia minime assentiri. Illud tamen silere nullo modo possum, quod MEIBOMIVS scribit: (*c*) *Et quur tacet* (Lipsius) *de Seneca,* (patrem intelligit) (*d*) *quem de notis rem perfecisse scribit Isidorus? Etenim nec iste ex vilissimorum mancipiorum numero fuit, nec Mecaenati vitio verti potest, quod illi dedecori non fuit.* Dionem excipiat ISIDORVS, qui originem notarum ad Ennium referens his utitur verbis: (*e*) *Vulgares notas Ennius primus mille & centum invenit. Notarum usus erat, ut quicquid pro concione vel contentione, aut in iudiciis diceretur, librarii scriberent complures simul astantes, divisis inter se partibus, quot quisque verba, & quo ordine exciperet. Romae primus Tullius Tiro Ciceronis libertus commentatus est notas. Sed tantum praepositionum. post eum Tertius Persannius, Philargius, & Aquila libertus Maecenatis alius alias addiderunt. Deinde Seneca, contracto omnium digestoque & aucto numero opus effecit*

(*a*) Vid. Dion. ex edit. Leunclavii p. 552. (*b*) c. l. (*c*) in vita Mecaenatis c. XXVI. n. 6. (*d*) quae opinio non est falsa, licet Petrus Diaconus recedat ab ista, de L. Annaeo Seneca loquens, non M. Ann. Seneca i. e. filio, non parente. (*e*) origin. l. I. cap. XXI.

effecit in quinque milia. Adderem quoque PETRVM (*a*) DIACONVM primi inventoris reticuisse nomen in praefat. libri de notis romanorum ad Conradum Imperat. scripti, quae in haec verba legitur: *Nunc quas primus notas instituit, scribamus. vulgares notas habemus. primus mille & centum invenit, ad hunc scilicet usum, ut quicquid per contemptionem praesentium diceretur, librarii scriberent complures simul astantes diversis inter se partibus, quot quisque verba, & quo ordine exciperet. Dehinc Tullius Tyro Ciceronis libertus notas praepositionum commentatus est. Post hunc Philargius, Samius, & aliqui Mecoenatis alias addiderunt. Deinde Lucius Anneus Seneca contractas omnium digesto & aucto numero opus in quinque millia extendit.* Adderem inquam hoc, ni res ipsa loqueretur, omne id ex Isidoro depromptum, adeoque cum CANGIO sentiendum esse, qui ut *Philargyrus, Samius & Aquila Mecaenatis libertus* legit pro *Philargius, Samius & aliqui Maecenatis*, ita etiam Ennii nomen inserit. A Dione itaque ad LIPSIVM abeo, *qui ego* inquit, (*b*) *libenter graecis gloriam dederim, & nominatim Xenophonti, philosopho & historico. de quo Diogenes:* (*c*) καὶ πρῶτος ὑποσημειωσάμενος τὰ λεγόμενα, εἰς ἀνθρώπους ἤγαγεν. *Primus notis excipiens dicta* (Socratis) *in lucem hominesque protulit.* Tandem non dissimulo, HVGONEM (*d*) Iudaeis, GVBERTVM vero Aegyptiis (*e*) inventum hocce tribuere. Vtut sit, quandoquidem Diogenes, verbis illis, ad quae Lipsius provocat, Xenophontem primum esse indicat, qui Socratis dicta notis excepta in publicum ediderit, non autem Xenophontem primum esse notarum auctorem, itemque romani, ut litteras & artes, ita & dubio procul notandi artem graecis acceptam referre debent, Raderi sane & Guberti sententiae maiorem longe prae se ferunt verosimilitudinis speciem, quam reliquae, quibus tamen discrepantibus

 quam

(*a*) Non Paulum, uti perperam citatur ab Hoffmanno in lex. univ. voc. *notae* duabus vicibus, & Fresnio in gloss. lat. lit. T. & th. qui tamen alibi Petrum illum vocat. (*b*) in epist. modo memorata. (*c*) lib. I. cap. XXI. p. 45. (*d*) in de prima scribendi origine c. XVIII. (*e*) teste Nicolai d. l. p. 14. §. IX.

quam maxime, subveniri quodammodo poterit ex eo, quia diversimode quis rem invenisse dicitur, & notae, de quibus agimus, duplices sunt, ut vidimus ante. At inquiat aliquis, ad quid notae sunt inventae, & usurpatae? Sed est certum quid respondeam; ut celeriter scriberent, (qui praecipuus est usus) forte etiam occulte. Hoc loco temperare mihi nequeo, quin moneam, de notis Ciceronianis, vel Tironianis, (sic vulgo appellantur) earumque reliquiis non inter omnes convenire. Certe notum est, illos qui hactenus memorati Ciceroni vel liberto eius inventionem adscribunt notarum, notas ab ipsis proprie sic dictas, non autem siglas, seu litteras singulares inventas esse velle. Verum enim vero PANCIROLLVS oppositam tuetur sententiam. (*a*) Dein LIPSIVS negare videtur, notas illas hodie superesse, epistolam ad Lessium inter alia sic concludens: *Nec plura reperi. aiunt libros alibi in bibliothecis exstare harum notarum: cur non edunt? quanto utilius, quam nugas quasdam hodie atque heri natas? Enim vero periisse utilissimam (ita censeo) artem dolendum est.* Quocum, nisi omnia me fallunt, MORHOFIVS (*b*) sentit, qui, *distinguenda tamen* inquit, *a se invicem sunt σημεῖα notariorum celeri solum scriptioni inservientia, & notae, quae ad κρυπτογραφίαν spectant. Illorum rationem, uti vix quisquam restituet.* Et aliquanto post magis clare: *Nuspiam tamen aeque floruit illa & celeris & occultae scripturae ars, studiove maiore culta est, quam apud Anglos, qui, cum veterum notas celeritati scribentium consulentes, non amplius restare vidissent, novas ipsi notas commenti sunt.* Affirmativam e contra TRITHEMIVS, (*c*) SCALIGER, (*d*) SIMEON BOSIVS, (*e*) aliique amplectuntur ad notarum volumen provocantes a cl. GRVTERO evulgatum. (*f*) Quibus ut accedam

(*a*) rer. memorab. lib. II. tit. XIV. p. 262. & 263. (*b*) in polyhist. tom. I. lib. IV. c. II. n. 4. p. 13. (*c*) in polygraph. l. 6. fere in fin. (*d*) Animadvers. in Euseb. chron. p. 173. col. I. (*e*) Animadvers. in epist. XXXII. Cic. ad Attic. lib. XIII. (*f*) De quo commemorare debeo, exhiberi ibidem ab auctore characteres seu signa, non vero notas illas romanorum, quae in frontispicio indicantur, quibus litera verbum facit, imo posteriores non pauca addidisse Vossio monente in de arte grammat. lib. I. c. XLI. p. 141.

cedam cum faciunt notae; quas summo studio ex codicibus excerpsit MONTFAVCON, (a) tum etiam auctoritas (ut de aliis sileam) serenissimi Augusti movet, qui codicem notis Ciceronianis descriptum in Augusta bibliotheca adservari scribit. (b) Persecutus sum, non ut amplitudo materiae postulavit, sed quantum dissertationis concessit ratio, notas litteratas & illitteratas. Animadvertitur ergo, duplicem nos cum Lipsio scribendi modum admittere veteribus usitatum, scripturae videlicet & notariae. Quod non ita tamen a me dictum accipi velim, quasi WOWERIVM, (c) aliosque spernam, qui triplicem observant scribendi rationem; notis, siglis, & verbis integris. Quin potius ita statuo, a Wowerio nos verbis saltem dissentire, qui omnia scripturae compendia notarum nomine denotamus, ac notas duplicis generis esse tradimus. Ast notarios olim & siglis usos esse & characteribus ut credamus, etsi vel una officii eorum ratio in celerrime scribendo positi, satis debeat esse, quae aliquid addubitationis hac in re ne quidem in animum admittere sinit, cum in propatulo sit, notarios dictantis vocem, rerumque gestarum multitudinem assequi neutiquam potuisse, ni pro ipsis verbis compendia illorum substituissent; tamen accedit insuper & illud, quod MANILIVS scribit: (d)

Hic & scriptor erit velox, cui littera verbum est,
Quique notis linguam superet, cursimque loquentis.
Excipiet longas nova per compendia voces.

Haec ille, & plura possem satis firma addere testimonia: (e) quia tamen id ipsum, de quo disquiritur, ita certum est ac exploratum, ut egere iis non videatur; & vero iam ante NICOLAI (f) exhibuit partim ista, vel duobus saltem exceptis,

 partim

(a) in palaeograph. graec. lib. V. cap. II. pag. 353. 355. (b) in systema. cryptogr. lib. 7. c. 9. (c) polymath. cap. V. p. 48. (d) astronomicon lib. IV. p. 86. ed. Argent 1655. (e) e. g. S. Basilii, Hieronymi ad Iulianum, Augustini, Ennodii in vita S. Epiph. episc. Ticin. Valerii Probi, Isidori, Ausonii &c. (f) d. l. cap. III. p. 10. seqq. & cap. VII. p. 43. seqq.

partim quoque ostendit, (a) notarios publice privatimque siglis scripsisse & notis, tum ecclesiastica, tum civilia, (b) supervacuis immorari actumque agere nolo. *Notarius* proin, qui a notis (c) ita dicitur, ut supra monui, *& signorum* nobis *est scriptor, & siglarum.* (d) Libet id verbis firmare GREGORII de RIVES: (e) *Notarii apud veteres dicebantur, qui ab alio dictata litteris aut notis excipiebant & consignabant.* Nec abeunt ab hac sententia, IVSTVS LIPSIVS, (f) HOFFMANNVS, (g) FESSELIVS, (h) HILDEBRANDVS (i) avus meus post cineres colendus, & reliqui. Est illud equidem longe certissimum, notarios interdum integris scripsisse litteris, & temporis progressu libros descripsisse. Neutiquam tamen audiendos illos existimo, qui hoc ipsum, notarii descriptioni inserendum esse contendunt. Litteris enim scribere notariorum non fuit proprium, nec a scribendo, ut scribae, sed a notis notario suus est titulus.

CAP. II.

DE SYNONYMIS NOTARIORVM.

§. I.

HActenus de notis, nunc etiam videamus synonyma notariorum. Vt autem clarius elucescat, quibus de synonymis proprie mihi sermo sit, non abnuo, hoc mihi propositum esse,

(a) ibidem. (b) Conf. Montfaucon. palaeogr. lib. V. c. I. p. 351. (c) seu notando, i. e. notis scribendo. Notare enim & perscribere differunt. Vid. Turneb. in advers. lib. XIV. c. XXIV. Ipsae autem notae, quibus notarii utebantur, fictae interdum erant pro lubitu, hincque lectu difficiles. Quod ut credam, verba movent Petiliani Episcopi partis Donatistarum, quae in coll. Carthag. cogn. I. c. 5. legi Baluz. refert. in not. ad libror. capit. p. 1162. (d) descriptio est qualiscunque a nominis etymo petita. (e) in declarat. voc. difficil. epitom. ei. canon. concil. subiecta. (f) in epistola saepius citata. (g) in lex. univ. voc. *notae*. (h) in advers. sacr. lib. I. c. I. p. 17. (i) in antiqu. ex univ. script. collectis p. 122. & dissert. de vet. conc. cap. III. §. VII.

esse, ad illa animi mentem convertere, quae adtinent ad nativam & propriam notarii significationem, adeoque a modo petita sunt scribendi. Quibus accedunt alia synonyma notariorum, a diversis, ipsis, diversis temporibus (ne iis quidem exceptis, quando notae usurpari desierunt,) iniunctis officiis, tum politicis, tum ecclesiasticis desumta. Varia quidem haec sunt, tamen verba de iis faciam, & ita faciam, ut huius argumenti vestigia non tam fortius impresso pede sequar, quam suspenso quasi gradu signem. Quod dum fiet, res ipsa docebit, *notarii* verbum ad eos etiam, qui litteris scripsere, nos extendere, quibus nec materiam hanc discussam neque in unum congestam videre hactenus contigit. Ante vero, quam ad rem ipsam adgrediar, moneo, & prolixius aliquanto me disserturum de synonymis istis, quorum ex cognitione lux aliqua & facula adfulgere poterit scriptores legenti ecclesiasticos, & maiorem quoad partem aliorum fide referri illa solummodo contentum, alphabeticam in ea collocatione seriem observaturum esse, cuius ratione sese offerunt, quae sequuntur.

§. II. AB ACTIS (*a*) gr. Ἀβάκτις. AB EPISTOLIS. (*b*) ABBREVIATORES & BREVIATORES. Seculo certe VI. notarii ita dicti, vel quod brevia scripserunt, seu breves, (*c*) vel quod abbreviaturas in scribendo adhibere sunt soliti. Illa ratio GOTHOFREDO (*d*) placet, CALVINO (*e*) item & MACRIS, (*f*) haec vero SALMVTHO. (*g*) A COMMENTARIIS. (*h*) ACTVARII (*i*) gr.

(*a*) Vid. Gutherii de offic. dom. Aug. l. 2. c. 13. p. m. 322. Cangii glossaria, & Calvin. lex. in h. v. (*b*) Gutherius de offic. dom. Aug. l. 3. c. 4. p. 445. Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. Calvin. in h. v. (*c*) i. e. acta vide Fresne in gloss. lat. v. h. (*d*) in not. i. ad novellam de consulibus. (*e*) in lex. voc. *breviat.* (*f*) in hierolex. voc. *breve.* (*g*) in Panciroll. P. II. p. 266. (*h*) Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (*i*) Sueton. in vit. Imperat. Iul. c. LV. Conf. Auson. Popmae de differ. verborum. lib. I. p. 5. Panciroll. comm. in not. Imp. orient. c. XIV. p. m. 13. Alexandr. ab Alexandr. l. c. lib. II. c. XXX. Stephan. in voc. χεάφω. Fresne in gloss. lat. & quae Calvinus tradit ex Spiegelio sub voc. notarii. Interim ut actuarius a verbis *ab actis* descendere certum est, vid. Calvin. sub h. v. sic reiiciendi sunt, qui deflectunt ab activitate (ut barbare loquar) seu agilitate a notariis alias requiri solita.

gr. Ἀκτυάριοι (*a*) ΑΓΟΡΑΙΟΙ. (*b*) AMANS, id quod ex FRESNIO discimus, cuius verba (*c*) recito: *Amans dicuntur regionarii notarii, qui acta publica conficiunt & conservant, nomenque desumunt a parochiis in quibus habitant.* AMANVENSES. (*d*) ANTIGRAPHI, (*e*) vel ANTIGRAPHEI (*f*) seu ANTIGRAFEI (*g*) vel ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΙΣ. (*h*) ΑΝΤΙΚΕΝΣΩΡ. ΑΝΤΙΚΕΣΟΡΙΣ. ΑΝΤΙΚΕΣΩΡ. (*i*) ANTIQVARII. (*k*) ΑΠΟ-

(*a*) Vid. Fresne gloss. gr. sub h. v. (*b*) Vid. gloss. lat. gr. apud Fresn. in gloss. gr. voc. νομικός, Cuiac. exposit. novell. XLIV. Fresne d. l. sub v. Ἀγοραῖα. Rationem vero denominationis huius derivandam inde censeo, quia ἀγοραίων fuit ἀγοραῖα conscribere, id est, ut Fresnii verbis hoc dicam, forensia & publica instrumenta. (*c*) in gloss. lat. voc. *Amman.* (*d*) Vid. Petr. Gregor. Tholosan. syntagm. iuris univ. lib. XLVII. c. XLI. Gutherii de off. dom. Aug. lib. 3. c. 7. p. 472. Speidel. spec. iurid. polit. philol. hist. observ. in voc. *Notarien.* Salmuth. comment. in Panciroll. p. II. p. 266. Mabillon. l. c. lib. II. c. XIII. & Calvin. lex. sub h. v. (*e*) quos, si alio nomine describere velis, Valesii iudicio in annot. in lib. 5. H. E. Socrat. c. 25. & Fresnii in gloss. utroque, cancellarios appellabis, a commentariis, antiquarum rerum scriptores, & scriniorum magistros, non quod Salmasius adseverat in not. ad Vopisc. (vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 787.) proximos scriniorum. (*f*) glossae hoc docent msf. quarum verba exhibet Fresne in gloss. lat. voc. *Antigraphus*, & Isidori. Vid. opera ei. p. 620. Conf. Salmas. ad Flav. Vopisci Carum Imper. p. 786. tom. II. hist. Aug. script. (*g*) prout Anonymus exprimit scholiastes in Iustiniani novellas, quae a Iuliano antecessore latinae factae, c. 64. Vid. Salmas. d. l. p. 787. & Fresne in gloss. gr. voc. Ἀντιγραφεῖς. (*h*) Vid. Socrat. hist. eccles. lib. 5. cap. 25. & Fresne gloss. gr. (*i*) ut vel ductum sequar gloss. βασιλικῶν, in quibus teste Fresnio in gloss. gr. v. h. Ἀντικένσωρ scriba dicitur & actuarius, & Ἀντικέσορεις una cum Ἀντικέσωρ Ἀντιγραφεὺς redditur, de quo nomine iam iam est actum (*k*) quos graeci ἀρχαιογράφους, καλλιγράφους, vid. Fresne d. l. sub v. h. latini librarios appellant. Isidor. origin. lib. VI. c. 13. Vt enim librariorum, sic antiquariorum erat scribere. August. de verb. dom. serm. 44. Conf. Guth. de off. dom. Aug. lib. 2. c. 13. & lib. 3. c. 7. Obiter addo, septem, qui scribendi periti erant antiquarios, constitutos a Valentiniano, iuxta Pancirolum in de magistrat. muncip. c. XX. atque Macrum referre in hierolex. v. *Archiota*, a quibus tamen Montfaucon in recens. biblioth. graecae palaeogr. gr. praemiss. p. XIX. in eo dissentit, quod a Valente istos institutos esse velit.

ΑΠΟΓΡΑΦΕΙΣ. (*a*) ΑΝΑΓΡΑΦΕΙΣ. (*b*) APOCRISIARII, gr. ΑΠΟΚΡΙΣΙΑΡΙΟΙ. (*c*) Quodſi enim cum SALMASIO (*d*) ponamus Zoſimum & Vopiſcum non diverſa ſcribere, quando mentionem faciunt illius, cuius fraude periit Aurelianus, adſertum hoc argumento ita adfirmatum puto, ut convelli poſſe vix videatur. (*e*) Id certum (*f*) eſt, apocriſiarios non minus, quam notarios aliquando a pontifice praeſertim vel archiepiſcopo miſſos, annotata quaevis notatu digna vel ad pontificem archiepiſcopumque, vel ad principem perſcripſiſſe, huiusque reſponſum illi viciſſim, illiusque huic ſcripto itidem communicaſſe. Facit huc, quod IVSTINIANVS apocriſiarium in genere per eum interpretatur, qui ad reſponſum (*g*) eſt, & GVTHERIVS docet, (*h*) apocriſiarium proprie a reſponſis dici poſſe. Licet enim ore quoque reſponſum dari poſſit, negari tamen nequit apocriſiarios ſcripto hoc praeſtitiſſe, qui ab illo, cuius apocriſiarii erant, longius paulo remoti eſſe ſolebant. Appoſite hanc in rem FRESNIVS (*i*) & CALVINVS, (*k*) quos vide. Adde quod apocriſiarius idem, qui cancellarius, (*l*) referendarius, (*m*) quibus de vocibus diſtinctius tractamus infra, Mabilloniusque tandem cancellariorum, id eſt ex mente eiusdem, notariorum ſubſcriptionibus, quibus uſi ſub tertia Francorum ſtirpe, & formulam hanc annumerat (*n*) ſingula-

D rem,

(*a*) Montfaucon. d. l. lib. I. c. V. p. 35. (*b*) Stephan. in lex. ſub voc γράφω. (*c*) vid. Fresne in gloſſ. gr. ſub h. v. (*d*) ad Flav. Vopiſc. Divum Aurelianum. Vid. tom. II. hiſt. Aug. ſcript. p. 512. (*e*) quippe, qui Zoſimo dicitur lib. I. p. 57. τῶν ἔξωθεν φερομένων ἀποκρίσεων μηνυτὴς τεταγμένος. ab imperatore ad efferenda foras reſponſa ſua deſtinatus; Is Vopiſco (vid. hiſt. Aug. ſcript. tom. II. p. 512.) audit, notarius ſecretorum (*f*) quod infra oſtendetur, quando ordo poſtulabit. (*g*) novell. XXIV. c. IV. vel dilucidius in novell. XXV. cap. I. ubi expreſſe legitur: *habeat item* (praetor ſc. Lycaoniae) *ad reſponſum, ſive apocriſiarios.* (*h*) de offic. dom. Auguſtae lib. 3. cap. VIII. p. 477. (*i*) in gloſſ. lat. voc. apocriſ. (*k*) in lex. voc. apocriſiarii. (*l*) ut vult Fresne in gloſſ. lat. voc. apocriſ. (*m*) Vid. Salmaſ. ad Vopiſc. p. 512. tom. II. hiſt. Aug. ſcript. (*n*) d. l. lib. II. c. XI. §. XI.

rem, quae apud Chesnium extat: Balduinus sacri palatii apocrisiarius postulatus recognovi & subscripsi; ΑΠΟΚΟΔΙΚΕΛΛΩΝ, iuxta LAMBECIVM, (a) & qui illius sententiae subscribit, MONTFAVCONIVM. (b) APPARITORES. (c) ARCHIVISTAE, (d) & ARCHIOTAE gr. ΑΡΧΕΙΩΤΑΙ, (e) Macris (f) hoc innuentibus, quando in voc. *notarius* lectorem ablegant ad *scriniarii* vocem, hanc pro synonymo illius habentes, scriniarium autem, ut per notarium & scribam, ita etiam per archivistam explicant. Nec in diversum hic abire queunt cuncti illi, qui notarium olim cum scriniario & chartophylace eundem fuisse existimant. Sane uterque archivi i. e. scrinii (docente nos ven. D. Praeside,) (g) fuit custos non minus, quam notarius. ΑΣΗΚΡΗΤΙΣ, Ἀσηκρήτης Ἀσηκρῆτις, Ἀσηκρῆτις, (h) A SECRETIS, (i) siquidem notarios olim hoc nomine insignitos fuisse, probari fortean potest ex conc. chalcedon. actione prima. (k) Ibidem enim Beronicianus & Constantinus, qui a secretis erant divini consistorii, i. e. consessus episcoporum seu concilii Chalcedonensis, varia recitabant, re ipsa demonstrantes notarios se esse, quippe tam notum est, quam quod notissimum, horum fuisse legere in conciliis. Spectant huc argumenta inferius (l) adducta, quibus

(a) comm. de bibl. caes. lib. 4. pag. 125. (b) d. l. lib. I. c. 5. p. 35. (c) ut ex Ciceronis verbis (quae in oratione pro A. Cluentio occurrunt p. 385. lit. B. tom. II. op. Cic.) patere vult Calvinus in lex. sub h. v. adde comment. Pauli Manutii in Cic. Fam. ep. LIV. lib. XIII. & Gothofredi in ep. LIV. lib. XIII. Cic. epist. ad C. Memmium & ceteros. Contra qui sentiunt, urgere hic forsan possent Ciceronis verba de lege agraria contra Rullum. (d) Vid. Ven. D. Praes. lex. in voc. scriniar. (e) Vid. Fresne in gloss. gr. v. Ἀρχεῖον. (f) & cum eis Ven. D. Praeside c. l. notarios archivistas quoque dictos esse, asserente. (g) in lex. sub v. *archiv.* (h) tot modis vocem hanc a secretis scribi manifestum fit ex Fresnii gloss. graeco. (i) dissentit Gutherius in de off. dom. Aug. l. 3. c. IX. p. 487. seq. (k) Vid. act. conc. ex edit. Surii tom. II. p. 135. col. 1. 2. p. 136. c. 1. p. 137. c. 1. p. 138. col. 1. 2. p. 140. col. 1. p. 142. col. 2. p. 143. c. 2. p. 144. c. 1. p. 145. c. 2. p. 146. c. 2. p. 148. c. 1. p. 150. c. 2. p. 158. c. 1. 2. p. 160. c. 1. p. 161. col. 1. 2. p. 162. c. 1. 2. p. 171. c. 1. p. 172. col. 1. (l) in voc. *secretar.*

quibus auctoritatem iungo, NICEPHORI patr. Constantinopol. (a) SVIDAE, (b) GLOSS. NOMIC. (c) CONSTANTINI MANASSIS, (d) HINCMARI, (e) SALMASII (f) & MABILLONII. (g) Ceterum uti persuasissimum mihi est, *a secretis* voce ipsum protonotarium tandem indigitatum esse, non vero semper, quippe suo tempore haec duo nomina diversa fuisse ex LEONE GRAMMATICO patet, qui in Porphyrogenito, Νικήτας ait, (h) δὲ Ἀσηκρῆτις ὁ μετὰ ταῦτα πρωτονοτάριος γεγονώς; ita etiam non praetereundum est id, quod MEVRSIVS (i) defendit, *hallucinari viros doctos, qui τὸν ἀσηκρῆτις & τὸν ἐπὶ τῶν σεκρέτων eundem esse existimant.* AVDITORES probante FRESNIO ex Consvet. Claramont. quem hoc loco audire utique iuvabit. Ita vero ille: (k) *Auditores denique appellati, qui postmodum notarii: Auditores in consuetudinibus municipalibus Ambianensi antiqua art. 65. Pontivensi art. 69. S. Pauli art. 42. Claramontensi art. 198. urbis Insulensis art. 64. 95. Vbi venditionum aut alienationum contractus fieri debere coram auditoribus vel iudicibus statuitur. At in Claramontensi loco citato, notarii videntur appellari, qui scilicet contrahentium voluntates audiunt, easque scriptis mandant. Vide Roverium in hist. Reomaensis Monasterii pag. 599.*

§. III. BAIVLI, quod MACER (l) adstruere videtur ex glossario Basilic. rite, quod ponit, a Calepino expresso, in voc. *notarius*, quo in loco tamen nulla gloss. Basil. fit mentio. Ego illud properanter adiicio, quod in vet. glossis verborum

D 2 iuris,

(a) qui, (quod apud Fresnium est reperire, in gloss. gr. v. Ἀσηκρῆτις,) in breviario pag. 127. 1. edit. πρωτοασηκρῆτις vocem ita effert, πρῶτος τῶν βασιλικῶν ὑπογραφέων, i. e. scribarum, seu notariorum. (b) in v. γραμματεύς. (c) ubi Fresnio teste d. l. ἀσηκρῆτις explicatur per τῶν ἀποῤῥήτων γραμματέα. (d) in annal. p. 159. (e) Vid. ei. epist. XIV. de ord. palat. c. 16. (f) in not. ad Vopisc. in Div. Aurel. Vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 512. (g) lib. II. c. XI. §. V. (h) teste Fresnio in gloss. gr. v. νοτάριος. (i) in gloss. gr. barb. sub v. ἀσηκρῆτις, σπλευπάρης, σπλευπάριος. (k) in gloss. lat. v. h. (l) in hierolex. voc. *notarius*.

iuris, quae passim in Basilicis reperiuntur, vox Νωτάριος per ω scripta, βαρυβαστάκτης reddatur, per ο vero, χαρφεύς. ΒΟΗΘΟΙ. (*a*) τοῦ θείου Κωνσιστωρίου vel τῶν θείων σηκρήτων. Lat. ADIVTORES *divini consistorii, vel sacri secretarii*, posito, quod antea probatum dedimus, notarios quoque a secretis divini consistorii quondam appellatos esse. Namque idem Constantinus, qui antea in concil. Calchedonens. act. I. a secretis sacri consistorii vocatus in ei. concil. act. XIV. (*b*) vir devotissimus adiutor divini consistorii, & in act. I. ei. conc. devotissimus agens in rebus dicitur, & adiutor sacri secretarii. (*c*) Nec ipsa vocum harum significatio repugnat nobis, quia & notariorum erat, patres adiuvare conciliorum vel scribendo, vel legendo, vel edocendo, quo eo melius peragenda peragere possent. BRODIATORES. Admissa enim *antiquarii* voce inter synonyma τοῦ νοταρίου, nec brodiatoris vox respui amplius poterit, quippe ut FRESNIVS vult (*d*) brodiatores antiquarios esse ex NICOLAO de CLEMANGIS (*e*) liquet, qui cursorium brodiatorem reiiciens, doctum vero approbans antiquarium, *Si quid igitur*, inquit, *in iis libellis te delectaverit, tibique placuerit, cuius apud te velis exemplum remanere, oro, ne per cursorios istos, ut ita dicam brodiatores id describi facias, sed per aliquem doctum, si quem talem doctum inveneris, antiquarium, qui litteram soleat formatam tractim & studiosa attentione cum notis ac signis debitis scribere.* CANCELLARII. Gr. Καγκελλάριοι. Sic INGVLFO notarius idem est ac cancellarius. (*f*) Sic CVIACIO (*g*) & DION. GOTHOFREDO (*h*) canncellarii sunt iudicum

(*a*) Conf. Fresne in gloss. lat. voc. *adiutores*. (*b*) quae tom. II. p. m. 314. & seq. exhibetur. (*c*) Vid. act. conc. tom. II. p. 139. c. 2. (*d*) in gloss. lat. sub h. v. (*e*) epist. 109. (*f*) Vid. Hoffmann. in lex. un. voc. notarius, qui addit ibidem: etiam in constitutionibus Karoli M. cancellarius simpliciter pro scriba & actuario usurpatur. (*g*) teste Gutherio d. l. qui & ipse lib. 2. c. IX. p. 302. *Hi sunt proprie*, inquit, *quales a secretis principum tribuni & notarii: qui a secretis praef. praet. & iudicum cancellarii dicuntur.* (*h*) in not. k. ad cod. lib. I. tit. LI. l. 8.

cum notarii. Sic SALMASIVS (a) cancellarios vult secretarios regis esse, notarios secretorum, & tabelliones. Sic DV FRESNE (b) archicancellarium per eum interpretatur, qui ceteris aulae vel palatii cancellariis seu notariis praeest, & καγκελλάειον non solum cancellarius reddit & notarius, sed & observat in novella 10. notarios dici, in prioribus cancellarios appellatos. Vt vero notarios ita appellatos in Gallia speciatim, MABILLONIVS probat, (c) sic non minus etiam in germania (d) hoc nominis adsumsisse illos, satis superque, ut opinor, ex eo constat, quia imperatorum diplomata (quod notariorum (e) alias erat,) recognovisse (f) leguntur. CAPELLANI. (g) CHARAXARII. (h) CHARTIGRAPHI. (i) CHARTOPHYLACES (k) gr. χαρτοφύλακες. (l) Quemadmodum enim horum erat archivum & chartas custodire, (m) sic etiam a notariis idem factum esse, non potest ambigi. Ecclesiae sane archivis & chartis notarios fuisse praefectos, manifestum fit tum ex eo, quia tempo-

(a) in not. ad Vopisc. in Carin. Imper. vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 805. (b) in gloss. gr. sub. h. v. (c) d. l. lib. II. c. XI. §. V. (d) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. IX. (e) Vid. script. rerum germ. septentr. p. 144. & Wolffgang. Laz. de migrat. gent. lib. VII. p. 276. (f) Vid. script. german. qui cura Freheri prodiere tom. I. p. 70. 74. seq. p. 80. p. 360. script. rer. german. septentr. a Lindenbrog. edit. p. 167. p. 182. p. 193. append. tom. I. script. germ. p. 2. Meibom. opusc. hist. var. p. 505. (g) Vid. Monach. Sangall. lib. I. de Carol. M. c. 4. epist. Stephani comitis Blesensis tom. 2. spicil. Acheriani, Eckehard. iun. de Casib. S. Galli cap. II. aliosque autores a Fresnio adductos in gloss. lat. sub h. v. Conf. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. VI. & Fresnii praef. gloss. lat. §. XXVII. (h) quod edocet nos tum glossarium Isidori, tum excerpta Pythoeana in littera N. Vtrumque scriptum inter auctores reperitur latinae linguae in unum corpus redactos. (i) ut du Fresne habet in gloss. lat. v. h. (k) quo nomine alias magistros libellorum supplicum venisse Berneggerus tradit. in orat. I. p. 28. (l) Vid. Codin. de offic. Constant. cap. I. p. 8. & Fresne gloss. gr. (m) Vid. Gretseri observat. in cod. p. 159. Fresne in gloss. lat. v. h. Stephani thesaur. & Ven. D. Praes. lex. sub ead. v. Conf. Aemilium Portam apud Svidam in v. χαρτοφυλάκιον.

tempore concil. Constantinopolit. A. D. 536. celebrati, hoc muneris, in notarios collatum esse legimus, (*a*) tum ex act. conc. tom. I. p. 988. col. 2. p. 1000. col. 1. p. 1001. col. 1. 2. p. 1005. col. 1. p. 1026. tom. II. p. 139. col. 2. p. 228. col. 2. & aliis locis inferius suo loco exhibendis. Civilium autem archivorum notarios quoque civiles curam gessisse quondam, WOLFFGANGVS LAZIVS defendit. (*b*) Hinc FRESNE (*c*) χαρτόφυλαξ non solum reddit per notarium, qui instrumenta publica servat, sed & cum chartulario seu notario, si non in ecclesia graeca, bene tamen in latina coincidisse (*d*) vult. Cui MACRI (*e*) accedunt, iuxta quos archivista, (qui notarius illis est,) & chartophylax non differunt. CHARTVLARII, graece χαρτόγραφοι (*f*) χαρτυφύλακες, prout vet. gloss. habere novimus. (*g*) Certe evicto hoc, quod probatum esse arbitror, veteribus glossis adductis, chartularios convenisse cum chartophylacibus, nemo, quantum ego quidem existimo, de veritate huius synonymi dubitare amplius praesumet. Interim ne laborem subterfugere videamur, & alium adducemus auctorem hoc idem confirmantem, rationibus, argumentisque aliis neutiquam neglectis, persuasum nobis habentes, a demonstratione rei huius robur quoque accedere iis, quae circa chartophylacis nomen iam iam monuimus. Quod ut fiat, provoco ad CANGIVM, qui ita: (*h*) *Chartularii dignitas ecclesiastica etiam fuit, quam eandem cum chartophylacis fuisse opinantur viri docti. ---- Nec mirum, cum is, qui commentariensis vice fungitur, idem & chartophylacis munus obeat, & chartas suas servet.* Non equidem ignoro, MEVRSIVM (*i*) referre, chartophylacem & chartularium a glossis pariter ac viris doctis confundi. Verum dissensionem hanc,

(*a*) Vid. act. conc. Tom. II. p. 594. c. 1. (*b*) in comment. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 124. (*c*) in gloss. graec. (*d*) in gloss. lat. voc. *chartular.* (*e*) in hierolex. v. *chartophyl.* & *archivista.* (*f*) Vid. Gutherius de off. dom. Aug. l. 2. c. XIV. p. 338. (*g*) Conf. gloss. graeco latin. quarum Fresnius meminit in gloss. lat. v. *chartularius.* (*h*) in gloss. lat. v. *chartularius.* (*i*) in gloss. gr. barb. sub voc. χαρτοφύλαξ.

hanc, si quae datur, nullius momenti esse, perspiciet is, qui animadvertet chartophylacem & chartularium eosdem fuisse, (quae thesis est nostra, Fresnii, & glossarum forte,) in ecclesia romana, (*a*) neutiquam vero in constantinopolitana. Quae cum ita sese habeant, restat, ut rationes in praesenti exponam, quibus ostendi possit, chartularios apud latinos notarios fuisse. E pluribus duas saltem adducam, quarum altera a munere petita chartulariorum, altera ex Gregorio M. & vita eiusdem, quam Io. Diaconus conscripsit, deprompta. Illam quod concernit, chartularios perinde ac notarios chartas non solum tractasse, sed & scripsisse testantur PAPIAS, (*b*) AVCTOR ETYMOLOGICI, (*c*) BRISSONIVS, (*d*) GOTHOFREDVS, (*e*) BRVNNEMANNVS, (*f*) CALVINVS, (*g*) & FRESNIVS iuxta ea, quae vel ex eodem adduximus modo vel c. l. videri apud ipsam possunt, & in voc. *clerici*. Hanc Fresnius attigit, quando scribit: (*h*) *Apud Ioannem Diaconum in vita Gregorii M. lib. 2. c. 55. Castorius Diaconus & chartularius Ravennae nuncupatur, qui ipsi Gregorio lib. 4. epist. 23. & 24. notarius & Diaconus dicitur, idem Gregorius lib. 1. epist. 75. lib. 2. epist. 33. Hilarium chartularium suum nominat: unde elicio eandem fuisse dignitatem chartularii & notarii.* Ne quis vero probationem hanc dubiam reddi posse existimet ex eo, quia Gregorii M. tempore duo (*i*) fuere Castorii, chartularius scilicet Ravennatensis & notarius Histrianus, & in loco a Fresne citato ex Diacono iam iam commemorato, in margine equidem lib. 4. ep. 24. ad Castorium Diaconum directa adnotatur, non vero, quam Fresne addit, epistola 23. ad Castorium notarium perscripta, ulterius in illam serio in-

inqui-

(*a*) Vid. Goar. in euchol. gr. p. 626. c. 2. (*b*) apud Fresne in gloss. lat. v. *scrinium*. (*c*) Calvino referente in lex. sub h. v. (*d*) cui chartularum ministerium, chartulariorum munus est iuxta Calvin. l. c. (*e*) in not. i. ad cod. lib. III. tit. 26. leg. 10. it. not. l. ad cod. lib. X. tit. XXIII. leg. 3. & not. o. ad novell. CXVII. c. XI. (*f*) in comment. in cod. lib. 10. tit. 23. (*g*) in lex. sub h. v. (*h*) in gloss. lat. voc. *chartularii*. (*i*) vid. Io. Diacon. in vit. Gregor. lib. 2. c. 53. p. 35. C.

inquirendam esse iudico. Principio igitur quam saepissime in epistolis Gregorianis Castorii nomen occurrere, vel episcopi Ariminensis, (*a*) vel notarii, (*b*) vel diaconi, (*c*) vel chartularii, (*d*) non nego, atque ultro etiam profiteor, differentiam dari Castorium inter chartularium Ravennatensem, & notarium Histrianum, nec non magistrum (*e*) militum, inficias tamen eo, infirmari hinc rationem a Fresnio allatam, Castoriumque concernentem. Licet enim 10. DIACONVS mentionem saltem faciat (*f*) ep. 24. lib. 4. regist. nihilominus tamen & praecedentem ep. 23. ei. libri iure meritoque a Fresnio (aliam forte hac in re editionem sequente) adiectam esse, is facile largietur, qui animo secum volvit, Castorium hunc diaconum, a notario non differre. id quod colligi potest tam ex citatione adiecta libr. IV. ep. 23. (*g*) 24. (*h*) quam ex re ipsa epistolae istius 23. lib. IV. Nempe cum Gregorius M. ibidem inaudita morte Ioannis episcopi (Ravennatensis sc. nisi omnia me fallunt,) Castorium notarium admonet, ut clerum & populum adhortetur ad eligendum sibi episcopum, non largum praemiis, sed dignum meritis, electum vero una cum quinque prioribus presbyteris, & quinque de praecedentibus diaconibus, vel aliis quoque Romam transmittat; verosimile admodum est, imo certum, Castorium hic intelligi, non Histrianum, sed Ravennatensem. Tantum de Fresnio ex Gregorio & Diacono convenientiam notarii cum chartulario

(*a*) e. g. lib. II. ep. 22. ind. X. ep. 24. 25. ind. XI. lib. IV. ep. 41. 42. 43. ind. XIII. (*b*) ut lib. II. ep. 54. 55. ind. XI. lib. IV. ep. 23. 49. ind. XIII. lib. V. ep. 24. 29. 30. 33. lib. VII. ep. 9. 78. 82. ind. II. lib. X. ep. 9. ind. V. (*c*) ut lib. IV. ep. XXIV. ind. XIII. (*d*) ut lib. VII. ep. 4. 79. 95. 131. ind. II. lib. VII. init. p. 222. seq. (*e*) de quo vide Io. Diac. in vit. Gregor. M. p. 88. E. (*f*) d. l. lib. 2. c. 55. (*g*) sequente; infr. l. 5. ep. 92. rectius, cum tot epistolae non dentur, in l. 5. ep. 29. quippe Castorius ille in epistola ista 29. memoratus, notarius expresse appellatur in ep. XXIV. eiusdem lib. V. (*h*) quae haec est; sup. ep. 23. inf. ep. 53. (rectius 33.) l. 5. siquidem ex utroque loco apparet id, quod intendimus.

lario oſtendente. Sed ne haec auctoritate ſaltem iſtius moti, in medium attuliſſe videamur, porro praedictam Fresnii ſententiam ex iisdem non minus fontibus, confirmare annitemur, demonſtrantes, Caſtorium Ravennatenſem cum diacono, notario & chartulario Ravennatenſi, unum fuiſſe eundemque. Certe Caſtorium Ravennatenſem diaconum fuiſſe dictum, non ſine ratione colligo ex eo, quia IO. DIACONVS in vita Gregorii M. (*a*) chartularium Ravennatenſem, diaconum quoque dicit. Chartularium vero (*b*) & notarium, Caſtorium Ravennatenſem ob convenientiam indiſcriminatim cognominatum eſſe, probo ex IO. DIACONO, utpote a quo, Caſtorium notarium expreſſe chartularium appellari, manifeſtum (*c*) eſt. Nec minus idem confirmo ex collatione tum ei. Diaconi cum epiſtola Gregoriana (*d*) quadam, tum ex ipſius Gregorii M. Reg. lib. VII. ep. 81. ind. II. (*e*) & ſequente eiusdem lib. 7. ep. 82. ind. ei. II. (*f*) prolegomenis item lib. VII. (*g*) nec non eiusdem libri VII. epiſtola 131. ind. II. Namque in epiſtola memorata (*h*) ante, Caſtorium chartularium Gregorius M. cauſam Maximi edoctum eſſe ſcribit,

cum

(*a*) lib. II. p. 38. E. (*b*) vel noſtrum, (ut continuo factum deprehendi in ind. II. i. e. lib. VII. ep. IV. LXXIX. XCV. CXXXI.) vel eccleſiae romanae (ut in indict. I. i. e. lib. VII. p. 222.) (*c*) Conf. (α) Io. Diac. lib. IV. c. II. cum Gregorii Reg. epiſt. lib. II. ep. LIV. ind. XI. (β) ei. Diac. lib. IV. c. VI. cum Regiſt. epiſt. lib. V. epiſt. XXXIII. ind. XIV. (γ) ei. lib. IV. c. VII. cum Reg. ep. lib. VII. ep. LXXVIII. (in margine equidem apud Io. Diac. d. l. ep. 76. citata legitur, ſed allegationem hanc falſam eſſe, vel ſphalmate typographico laborare; unicuique, qui inſpicit ſaltem, pronum erit.) ind. II. (*d*) puta lib. IV. c. XIV. cum Regiſt. ep. lib. VII. ep. 82. (citationem enim hanc Reg. lib. 7. ep. 80. l. d. Io. Diac. adiectam, minus veram eſſe quivis facile videt.) Caſtorio notario ſcripta, quae apud Io. Diac. d. l. ad Caſtorium & notarium & chartularium directa legitur. (*e*) in Io. Diac. vit. p. 86. C. minus recte hoc modo allegata, reg. lib. 7. ep. 79. ind. 2. (*f*) falſo itidem citata in Io. Diac. l. c. p. 86. E. ſeq. in modum, Reg. lib. VII. epiſt. 80. (*g*) p. 222. & 223. (*h*) ep. 81. lib. VII. ind. II.

cum Castorius notarius instructus legatur in subsequenti ep. 82. & in prolegomenis, ut & ep. 131. lib. VII. Castorius rursum chartularius Maximum episcopum duxisse secum fertur, quo iuramentum praestaret ad corpus beati Apollinaris, quamvis id ipsum Castorio notario demandatum esset. (*a*) Et si vel maxime quis improbare velit coniecturam meam de Castorio, salvo tamen aliorum iudicio allatam, locum ex IO. DIAC. (*b*) desumptum, una cum reliquis subsequentibus & ex Gregorio M. depromptis, de Castorio notario non Ravennatensi, sed Histriano interpretans, nihilominus tamen theseos nostrae, vel etiam Fresnii, confirmationem stabilem esse ac firmam, nemo, nisi omnium rerum expers, inficias ibit. Quare vel tribus saltem verbis commemoro, & Hadrianum chartularium dictum, (*c*) notarium & rectorem patrimonii vocari, (*d*) syracusani scilicet, ut autumo, quia Catanensem urbem, in qua monasterium constructum, cui ab Hadriano certa pecuniae summa tradenda erat, in territorio illo sitam fuisse constat. Ceterum id, quod supra a Fresnio de Hilario additum vidimus apud Gregorium, illum chartularium nuncupatum esse, lib. I. ep. 75. ind. IX. (*e*) negari itidem nequit, quippe & eiusdem Hilarii chartularii mentio fit in lib. X. ep. VII. ind. V. An vero hic idem fuerit cum notario illo, cui Gregorius M. iniungit, (*f*) *ut navem emissam pro sustentatione monasterii, in quo Adeodata abbatissa erat, in cunctis tueatur, atque ab omni angaria vel onere exuere, excusareque festinet*, vel etiam filio isto, per quem idem Gregorius M. (*g*) *de ecclesiae redditibus gallicanos solidos quadringentos se suscepisse* indicat Dinamio patricio galliarum, de eo iudicent alii, ut & de illo, an, & qua ratione Fresnius ex appellatione hac chartularii evincere velit id, quod asserit, notarium

(*a*) Vid. ep. 82. lib. VII. ind. II. (*b*) lib. IV. c. XIV. p. 86. E.
(*c*) lib. XI ep. XXII. & XLI. ind. VI. (*d*) lib. XI. ep. XXIII. ind. VI.
(*e*) citat. quidem Fresnius & lib. II. ep. XXXIII. ind. X. verum nos vel ideo eam omittimus, quia filius ibidem dicitur, non chartularius.
(*f*) lib. VIII. ep. LXIV. ind. III. (*g*) lib. II. ep. XXXIII. ind. XI.

rium coincidere cum chartulario. Nobis sufficit haec talia dixisse, nec necesse est, ut ostendamus, Fresnium forte Hilarium chartularium, cum notario pro uno eodemque habuisse, vel etiam ex munere chartularii, notariis proprio collegisse, vel supposito iam, chartularii nomen synonymum esse notarii, hoc addidisse, vel quacunque tandem alia ratione motum, sic intulisse. CLERICI (*a*) COMMENTARIENSES. (*b*) CORNICVLARII. (*c*) CVRSORES. (*d*)

§. IV. DICTATI. (*e*) EXCEPTORES, quia notariorum omnino erat, dicta aut gesta, notis excipere, quod in confesso est apud omnes. Interim, ut tum reipsa hoc nomen notariis quondam impositum fuisse probem hoc in loco, tum iure meritoque hoc factum indicem, ordo ipse postulare quam maxime videtur. Quemadmodum autem posterius ita se habere, AVGVSTINVS nos edocet, qui *notarius*, ait, (*f*) *non mendose excepit, aut scripsit*, & alibi; (*g*) *a notariis ecclesiae, sicut cernitis, excipiuntur, quae dicimus*, & NICEPHORVS, qui Malchionis disputationem Antiochiae habitam contra Paulum, notarios chartis excepisse scribit; (*h*) ita etiam prius absque labore demonstrari poterit. Liquet enim hoc ipsum ex act. conc. tom. II. p. 177. col. 2. (*i*) ubi Asterius idem, ut videtur, qui

E 2 act.

(*a*) Vid. Fresne gloss. lat. in v. h. & praefat. §. XXVII. Prius vero, quam hinc discedam, vel obiter moneo, & in Aegypto quondam clerici, notariique munia, si non eadem prorsus, coniuncta tamen fuisse non sine verosimilitudinis specie colligi ex clausula, quae Anastasii quaestionibus, aliisque in codice regio 2910. membr. contentis, adiecta legitur apud Montfaucon. d. l. lib. I. c. VI. p. 48. (*b*) Vid. Fresne gloss. lat. in h. v. Conf. Pancirol. comm. in not. imp. or. c. XIII. p. 12. col. 1. Gothofred. not. r. ad cod. lib. I. tit. XXVII. leg. I. §. 8. & Guther. d. l. lib. 2. c. XIII. p. 321. lib. 3. c. XXXV. p. 717. (*c*) Fresne in gloss. lat. v. h. Conf. Pancirol. comment. in not. imp. or. c. XI. p. 11. Guther. d. l. lib. 2. c. XV. p. 342. seq. (*d*) Vid. Nicol. de Clemangis ep. 109. (*e*) Vid. Salmas. ad Flav. Vopisc. Car. Imp. tom. II. hist. Aug. script. p. 786. & qui illum sequitur Fresne in gloss. lat. v. h. (*f*) epist. 108. (*g*) epist. 110. (*h*) in H. E. lib. VI. c. XXVIII. (*i*) add. pag. 178. col. 2. p. 179. col. 2. pag. 180. col. 1. p. 181. c. 2. p. 182. col. 1. & 2. p. 184. col. 2. p. 185. col. 1. p. 186. col. 2.

act. conc. tom. II. p. 176. col. I. notariis accensetur Flaviani, exceptor appellator devotissimus, it. ei. tom. conc. II. p. 187. col. I. quippe quo in loco Asterius itidem memoratus, presbyter & notarius cognominatur, paulo ante exceptor dictus. Liquet hoc ex CASSIODORI hist. tripart. lib. V. cap. XXXV. ubi exceptores appellantur, ταχύγραφοι dicti SOZOMENO. (*a*) Nec dubium est, per exceptores, quorum CASSIODORVS mentionem facit, in ei. hist. trip. lib. V. c. VIII. & XXXIV. notarios omnino intelligendos esse. Liquet ex ENNODIO, qui memoriae prodere volens Epiphanium episcopum Ticinensem notarium praestantem fuisse, verbis utitur supra positis. Liquet tandem ex GREGORIO M. (*b*) aliisque auctoribus, quos adducere hic supervacaneum esse arbitror. Nam si quis est, qui id inficiatur, parum abest, quin ipse ne litteris quidem se tinctum esse fateatur. Et profecto, qui obiicit, diversimode tamen eruditos de eo statuere, circa quod diligentia illorum in scribendo sita, inprimis fuerit occupata: (*c*) eum ego velim ad animum revocare suum, sententiarum hac de re divortia, non obstare, quo minus exceptoris vox, inter notarii referatur synonyma. Quae cum ita sint, nec nos diutius rei notae immorabimur, vel in transcursu monentes, BARONIVM docere saltem, (*d*) quodnam proprie tum notariorum, tum exceptorum fuerit munus, non vero negare velle, duas hasce voces pro se invicem esse positas interdum, ut adeo mirandum non sit, in THEOD. RVINARTI actis martyrum, (*e*) & eum, qui acta & dicta a Pionio martyre coram iudice annotavit, notarium appellari. GRAFIARII. (*f*) ΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ (*g*) lat. *Gram-*

(*a*) in H. E. lib. IV. c. XXI. (*b*) prol. hom. p. 2. tom. III. op. (*c*) Vid. Fresnii gloss. lat. in h. v. Lazii comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 128. Brunnemanni comm. in cod. lib. XII. tit. L. Mabillon. de re diplom. lib. II. c. XXVII. §. X. Guther. de off. dom. Aug. lib. 2. c. XIV. p. 327. lib. 3. c. 7. p. 471. (*d*) ad ann. 238. n. 2. (*e*) p. 144. (*f*) de Fresnii sententia in gloss. lat. v. *praenotarius*. (*g*) Vid. Suid. in h. v. & Eudem. lex. mss. de quo Fresnius consulend. in append. ad gloss. gr. voc. γραμματικός.

Grammatei. ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΟΙ. (*a*) lat. *Grammatici.* ΓΡΑΜΜΑΤΟΓΡΑΦΟΙ. (*b*) ΓΡΑΜΜΑΤΟΚΥΦΩΝ. (*c*) ΓΡΑΜΜΑΤΟΦΥΛΑΚΕΣ. (*d*) GRAPHIONES (*e*) ſeu GRAPHONES. ΓΡΑΦΕΙΣ. (*f*) HIEROMNEMONES. gr. (*g*) ΙΕΡΟΜΝΗΜΟΝΕΣ. (*h*) ΚΑΛΛΙΓΡΑΦΟΙ. lat. *Calligraphi.* (*i*) Non referam hic, καλλίγραφον, in gloſſ. lat. gr. voce antiquarii ſeu ἀρχαιογράφου, & in Baſilicis librarii (*k*) appellari; referam quod aliquanto plus in receſſu, plus ſoliditatis habet. Scilicet ut munus erat calligraphorum initio, eleganter ſcribere, ſeu εἰς κάλλος, (*l*) dein vero integros duntaxat deſcribebant (*m*) libros, calligraphiam tam non ſpectantes, ut compendiarias ſcriptionis notas paſſim frequentare coeperint; (*n*) ſic non minus etiam notarii, qui principio quaecunque celeriter excipere ſolebant, tandem verbis Montfauconii, (*o*) libris deſcribendis ſunt deputati, ut ex

(*a*) Teſtimonio utor Codini de offic. Conſtantinop. cap. 5. n. 77. Conf. Fresnii gloſſarium utrumque. (*b*) ut Fresnio placet in gloſſ. gr. v. γραμματεῖον. (*c*) quod ex ſententia pronuncio Maximi Planudis. Vid. Fresne in append. ad gloſſ. gr. in v. νοτάριος, & Meurſ. gloſſ. gr. barb. in v. νόται. Tangunt autem appellationis huius rationem Suidas & Steph. in h. v. (*d*) Vid. Fresnii gloſſ. gr. in h. v. (*e*) teſtibus Macris l. c. in h. v. (*f*) Vid. gloſſ. Baſilic. a Labbaeo coll. in voc. νοτάριος & Montfaucon. d. l. lib. I. cap. V. p. 35. cap. VII. p. 73. (*g*) Vid. Marmora Oxonienſia ex recenſione Humphridi Prideaux p. 125. 126. (*h*) Vid. Stephan. in voc. ἱερός. (*i*) Vid. Montfaucon. d. l. lib. IV. c. II. p. 275. & praefat. p. III. ubi librarios ſive calligraphos circiter trecentos aſſerit ſe nominaſſe, quos inter notarios eſſe, ipſa docet inſpectio. (*k*) Vid. Fresne gloſſ. gr. in h. v. (*l*) Liquet hoc cum in genere ex ipſa verbi huius notione, de qua videndus erit Stephanus in lex. tum praecipue ex novellae 42. Iuſtiniani verbis, & Theophylacti Simocattae, (quem Montfaucon. adducit d. l. lib. I. c. V. p. 34.) lib. 8. c. 13. (*m*) Id quod locus manifeſtat, qui in Gerontico Niconis mſſ. ſerm. 29. eſt, & a Montfauc. d. l. p. 13. exprimitur, una cum codicibus a Montfauconio enumeratis. Vid. Montfauc. c. l. lib. I. c. VI. p. 49. 52. 53. c. VII. p. 68. coll. cum lib. IV. c. IX. p. 325. (*n*) Vid. Montfaucon. d. l. lib. IV. c. I. p. 268. lib. V. c. I. p. 342. (*o*) d. l. lib. I. cap. V. pag. 36.

codicibus patet regiis. (*a*) Ceterum qui medicamentum nosse cupit, quo cum aliis morbis, tum oculorum infirmitati, succurrere erant soliti, MONTFAVCONIVM (*b*) adeat.

§. V. LECTORES. Sic sentiunt MACER, & MABILLONIVS. Hic, enim ut de postremo primo dicam loco, ubi monuerat notarios, quos monachorum capitulum habebat, cancellarios vocatos, *cancellarius seu notarius*, inquit, (*c*) *nonnunquam dicebatur amanuensis. ---- Non raro etiam appellabantur lectores. Ruodo laicus lector scripsi in charta LXIX. apud Goldastum. Clericus & lector in charta LXXVII. Sicbrannus lector & Dodo lector in monasterio sancti Benigni apud Perardum saeculo VII. apud Dubletum. Ego Recomarus lector rogante & praesente supradicta Theodetrude hanc donationem scripsi. Scilicet ob id lectores dicebantur, quod essent scholis praefecti &c.* Ille vero in hierolex. sub v. *lector* in hunc scribit modum: *Item lector notarius dicitur.* Et in v. *notarius* magis aperte id, quod sentit de lectoris voce ut synonymo notarii, exponit, verbis utens prolixioribus, quae nec admetiri lectori nec examinare iam lubet, quoniam ea quae observavimus circa illa, longiora sunt explicatu, quam ut cogi possint in hanc verborum angustiam. Nos cum VALESIO (*d*) defendimus idem fere officium fuisse notarii, quod lectoris. Enim vero notarios olim item in ecclesia, quam hodienum (*e*) lectoris interdum obiisse munia, constat ex verbis GREGORII M. in prologo homiliarum, inferius suo loco adducendis. Taceo in praesenti, quod, uti notum est SS. antiqq. studiosis, in conciliis habitis, & litteras supplices, & acta, aliaque varii generis praelegerint. Porro Himerius mox notarius, mox lector & notarius dictus,

(*a*) Vid. Montfaucon. d. l. lib. I. c. VI. pag. 43. p. 58. p. 61. c. VII. p. 66. p. 82. Adde Constantini M. epistolam ad Eusebium datam, quae extat apud Nicephorum in H. E. lib. VIII. c. XXVII. p. m. 392. (*b*) l. c. lib. I. cap. V. pag. 37. (*c*) in de re diplom. lib. II. c. XIII. §. III. (*d*) in annot. in lib. V. Socrat. H. E. c. XXII. p. 71. (*e*) Quod manifestum fit, ex Fresne. qui in gloss. gr. v. εὐαγγέλιον ex catalogo official. magnae eccles. Allatiano refert, die Palmarum evangelium legere protonotarium,

dictus, (*a*) lector vocatur notariorum, (*b*) quod indicio est omnino, notarios vel quosdam per istos dies insimul lectores perpetuo fuisse, vel etiam cunctos & singulos ordine legisse, quod ISIDORVS vult HISPALENSIS, qui in concil. Tolet. IV. a. c. 633. praesidem egit, in ordine celebrandi concilii. (*c*) Tandem Valesium qui audit, in citato loco inter alia ex vocum istarum, *lector* & *notarius* coniunctione, pro theseos corroboratione argumentantem, in eius gratiam & alia apponimus loca, quae in lectione act. conc. sese nobis obtulere. Tom. I. p. 987. col. 2. Anysius notarius dicitur & lector. Tom. II. p. 232. col. 2. Hypatius lector & notarius vocatur, mox lector saltem cognominatus, excepisse dicitur. Tom. II. p. 236. col. 2. Procopius lector & notarius legit. Tom. II. p. 181. col. 2. Marinus lector & notarius Caesareens. ecclesiae Cappadociae primae relegit. Tom. III. p. 240. col. 1. 2. p. 241. col. 2. p. 265. col. 2. p. 266. col. 2. p. 318. col. 1. 2. p. 321. col. 2. p. 333. col. 2. Antiochus religiosus lector & notarius relegit. Tom. III. p. 304. col. 1. p. 327. col. 2. p. 335. col. 2. p. 341. col. 2. p. 349. col. 1. p. 357. col. 2. Agatho lector & notarius relegit. Tom. III. p. 463. col. 1. Petrus venerabilis lector & notarius sacri patriarchici secreti legit. Et ut lectores quondam tachygraphos, i. e. notarios proprie sic dictos insimul fuisse ex subscriptionibus apparet cod. regii n. 2264. (*d*) & cod. Caesar. (*e*) ita etiam suo tempore libros descripsisse, negari nequit. Ne dicam de codicibus modo memoratis, ex quibus colligi hoc potest, confirmo idem ex fine codicis Caesarei membranacei, in quo collectio legum est; (*f*) codicis item regii 3437. membr. qui Petri Antiocheni & aliorum epistolas continet seculi XII; (*g*) ac tandem codicis

(*a*) Act. conc. tom. II. p. 231. col. 1. & p. 794. col. 1. (*b*) act. conc. tom. II. p. 231. col. 2. (*c*) Vid. Ziegleri tract. de diaconis & diaconissis cap. IX. §. 12. p. 144. (*d*) Vid. Montfauc. c. l. lib. I. c. VI. pag. 49. (*e*) Vid. Lambec. d. l. l. 4. p. 187. (*f*) Vid. Lambec. d. l. l. 6. p. 56. seq. & qui ex eo, Montfaucon. d. l. lib. I. c. VI. p. 61. 62. (*g*) Vid. Montfauc. d. l. lib. I. c. VI. p. 63.

dicis Colbertini 638. bombycini, qui evangelistarium complectitur. (*a*) LIBELLARII. (*b*) LIBELLIONES. (*c*) LIBRARII. Placet hoc SPEIDELIO, (*d*) neutiquam vero, ut videtur, SVIDAE, (*e*) PLATINAE, (*f*) INSVLANO, (*g*) GOTHOFREDO, (*h*) aliisque. (*i*) Ego id affirmate scribo, librarii voce, notarium designasse ISIDORVM, (*k*) PETRVM DIACONVM (*l*) & ROLLANDINVM. (*m*) Coronidis loco addo, MABILLONIVM, c. l. lib. II. c. I. notariorum licet mentionem tantum fecerit in prioribus, postea (*n*) tamen de vitiosa librariorum seu notariorum, ut loquitur, orthographia sanata agere; & militiae scribas a CANTACVZENO (*o*) notarios appellari, a VEGETIO (*p*) vero librarios. LOGOGRAPHI. (*q*) ΜΑΓΙΣΤΡΙΑΝΟΙ. (*r*) seu ΜΑΓΙΣΤΕΡΙΑΝΟΙ. (*s*) lat. *Magistriani*, *Magisteriani*, (*t*) seu *agentes in rebus*. (*u*) Beroniciano enim & Constantino, qui a secretis sacri consistorii erant, adeoque notarii, ut supra scripsi, hoc nomen inditum legitur. (*x*) Nihil ergo obstare existimo, quo minus vox haec inter synonyma referatur *τοῦ νοταρίου*. MAGISTRI SCRINIORVM, verbis ac iudicio MACRORVM: (*y*) *Dicebatur etiam* (scriniarius puta, qui idem est ac notarius de sententia Macrorum) *Magister scrinii. Sic enim appellatur a Sozomeno lib. VII. cap. XIII. .... Scriniarii appellantur tabelliones & est vulgare romanorum.* Haec

(*a*) Vid. Montfauc. d. l. lib. I. c. VII. p. 88. (*b*) Fresnio affirmante in gloss. lat. v. h. (*c*) Explicate enim hoc Fresnius dicit in gloss. lat. v. h. (*d*) d. l. in voc. *Notarien*. Conf. Auson. Popm. de differ. verb. p. 116. (*e*) in voce *Ρεγεῶνες*. (*f*) de vitis pontificum pag. 53. (*g*) Vid. Calvin. in v. *notarii*. (*h*) in not. t. ad digest. lib. L. tit. XVII. l. 92. & in not. k. ad dig. lib. L. tit. XIII. c. 1. n. 6. (*i*) ut Gutherio de off. dom. Aug. l. 3. c. VII. p. 471. (*k*) Orig. lib. I. c. XXI. (*l*) in praef. libri de notis literarum. (*m*) in summa notariae. Vid. Fresne in gloss. lat. v. *librarius*. (*n*) c. l. §. X. (*o*) lib. I. cap. XXXV. p. 102. (*p*) in de re milit. lib. II. p. 35. (*q*) Vid. W. Laz. in comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 128. Fresne in gloss. lat. v. h. (*r*) Vid. Fresne gloss. gr. in h. v. (*s*) Vid. Gutherius d. l. lib. 3. c. X. p. 500. (*t*) Fresne in gloss. lat. v. h. (*u*) Vid. Guther. & Fresne c. l. Conf. act. conc. tom. II. p. 187. col. 1. (*x*) act. conc. tom. II. p. 145. col. 2. & p. 146. col. 2. (*y*) in hierolex. voc. *scriniarius*.

Haec Macri ibidem, quibus addo, FRESNIO (*a*) magiſtros ſcriniorum eſſe ἀντιγραφεῖς, lat. antigraphos, quibus de vocibus iam eſt actum. MEDIOGRAMMATEI. (*b*) ΜΝΗΜΟΝΕΣ. (*c*) ΝΟΔΑΡΟΙ. (*d*) ΝΟΜΙΚΟΙ. (*e*)

§. VI. ΟΞΥΓΡΑΦΟΙ, quorum mentionem fieri invenio in Socrat. H. E. (*f*) Alios auctores (*g*) recenſere hic ſuperſedeo, quandoquidem nemo ita coecus eſt, opinor, ut non videat, a ſcriptionis celeritate ὀξυγράφους eſſe appellatos. PARARII. (*h*) PROCHIRI. (*i*) ΡΑΙΦΕΝΔΑΡΙΟΙ. (*k*) ΡΑΙΦΕΡΕΝΔΑΡΙΟΙ. (*l*) ΡΕΦΕΡΕΝΔΑΡΙΟΙ. (*m*) lat. *Referendarii*, ut opinio fert HOFFMANNI, quod verbis oſtendo eiusdem; (*n*) *Notarius ſecretorum. ---- Vulgo a ſecretis vocabant; graecis citerioribus ἀσηκρῆται, item ἀπο-κρισιάριοι & ῥαιφενδάριοι appellantur.* Qui in hanc Hoffmanni ſententiam ingrediuntur, hoc inprimis urgere forſitan poſſunt, referendarios, notarios inſimul fuiſſe ſub prima Francica ſtirpe, (*o*) & ſub Carolingica eosdem plane cum hiſce, teſtante MABILLONIO: (*p*) parum autem proficere ſecus ſentientes, ſi dicant, Mabillonium modo memoratum, alio in loco (*q*) longe diverſa ſentire, Mabillonium namque de prima tantum ſtirpe ibidem loqui, (ſub qua Caſſiodorum vixiſſe, conſtat inter omnes,) & verbis ipſis innuere videri, referendarios a can-

F cella-

(*a*) in gloſſ. gr. voc. ἀντιγραφεῖς & lat. voc. *antigraphus*. (*b*) Vid. Herm. Hugon. de prim. ſcribendi origine cap. XXXII. (*c*) Vid. Steph. in voc. μνάομαι, & Marmor. Oxon. quae illuſtravit atque interpretatus eſt Humphr. a Prideaux pag. 125. (*d*) quae Freſnii eſt ſententia. Vid. ei. gloſſ. gr. in h. v. (*e*) quod Cuiacius affirmat in novell. conſtitut. Iuſtin. expoſ. novell. XLIV. Cuiacio autem ὁμόδοξος eſt du Freſne in gloſſ. gr. v. h. Conf. gloſſ. gr. lat. a Labbaeo coll. in h. v. (*f*) lib. II. c. XXV. XXXI. & lib. VI. c. IV. (*g*) e. g. Theophanem, cuius verba exhibet Freſne in gloſſ. gr. voc. νοτάριος. (*h*) Vid. Hermann. Hug. c. l. (*i*) Id. ibidem, & Wolffg. Laz. comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 128. (*k*) Vid. Salmaſ. ad Flav. Vopiſc. in div. Aurel. tom. II. hiſt. Aug. ſcript. p. 512. (*l*) Vid. Freſne in gloſſ. gr. v. h. (*m*) Freſne ibidem. (*n*) in lex. univ. voc. *notar. ſecret.* (*o*) Mabillon. d. l. l. II. c. XI. §. III. (*p*) d. l. lib. II. c. XI. §. IV. (*q*) d. l. §. IV.

cellariis seu notariis, sub prima etiam stirpe dignitate magis, quam reipsa distinctos omnino fuisse. Possunt praeterea & hoc urgere, referendarium inter & apocrisiarium, nullum dari discrimen de SALMASII (*a*) FRESNIIQVE (*b*) sententia. Sed haec indicasse nos contenti sumus, qui in act. conc. (*c*) referendarii munus notario legimus assignatum. REGENDARII. (*d*) REGERENDARII. (*e*) REGISTRATORES. (*f*) RESCRIBENDARII. (*g*) RESPONSALES, seu RESPONSARII. Rem ita esse, non possunt non confiteri illi, qui apocrisiarii verbum notariorum annumerant synonymis. Vtrumque enim & responsalem & responsarium, apocrisiarium fuisse, cum GOTHOFREDVS docet, (*h*) tum praecipue ex eo colligi potest, quod Gregorius Magnus (quem munere perfunctum esse apocrisiarii, perspicuum est ex IO. DIACON. (*i*) BEDA, (*k*) SIGEBERTO GEMBLACENSI, (*l*) & chronic. REGINONIS (*m*) scribit (*n*) *iussione pontificis se in Constantinopolitanae urbis palatio responsis ecclesiasticis deservisse.* (*o*)

Specia-

(*a*) in not. ad Vopisc. Vid. hist. Aug. script. tom. II. p. 512. (*b*) in gloss. lat. voc. *apocrisiarius.* (*c*) tom. II. p. 174. col. 2. p. 175. col. 1. & 2. tom. III. p. 539. col. 2. Conf. Fresn. in gloss. gr. voc. ῥεφερενδάριος. (*d*) qua in opinione Pancirolum esse, pro comperto habeo. Vid. ei. comm. in not. imp. or. c. XVIII. p. 13. Sed enim hoc Gutherio est absurdum c. l. lib. 2. c. XV. p. 346. (*e*) Vid. Herm. Hug. c. l. (*f*) Vid. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (*g*) Vid. Herm. Hugo c. l. (*h*) ad novell. CXXIII. c. XXV. (non vero XV. prout citatum reperis in novell. XXV. c. I. not. p.) in not. x. (*i*) in vit. Gregor. M. lib. I. c. XXXI. p. 13. lib. 3. c. 51. p. 70. (*k*) in vit. ei. Greg. M. annexa Io. Diacon. p. 131. (*l*) vid. ex eodem excerpta, & addita Io. Diac. p. 136. (*m*) lib. 1. Vid. scriptor. illustr. tomum a Pistorio Nid. editum p. 11. (*n*) Dialog. lib. III. c. XXXVI. p. 306. Conf. Io. Diac. in vit. Gregor. M. l. I. c. XXXIII. p. 13. lib. 4. c. LXXII. p. 116. (*o*) Ne quis miretur Gregorii verba, quae in dialogo eiusdem extant, latine hic a me relata esse, non vero graece, vel in transitu liceat monere, dialogos a Gregorio M. non hac d. illa potius lingua scriptos esse. Ipse enim lib. IX. ep. 69. ind. IV. negat se ullum unquam scriptum graece edidisse; *Nam nos* (ait) *nec graecum novimus, nec aliquod opus aliquando graece conscripsimus.* Conf. Io. Diac. in vit. Greg. M. lib. IV. c. 80. & 81. p. 119. & in citatione adiecta, reg. lib. 3. ep. 69. pro lib. 3. lege lib. 9.

Speciatim vero de reſponſalis voce, quam apud GREGORIVM M. occurrere ſaepius (*a*) memini, idem ſentit FRESNIVS, reſponſalis vocem & apocriſiarii promiſcue uſurpans. (*b*) Addo, notariis non minus, quam reſponſalibus, Gregorium M. iniunxiſſe, ut ſuggerant (*c*) ſuggerenda, notariumque Caſtorium reſponſalem inſimul (*d*) fuiſſe. שטרים. (*e*) SCHOLASTICI. (*f*) SCRIBAE. Quis enim tam ignarus eſt ac rudis, qui non veritatem huius rei perſpiciat? Notariis utique incumbebat ſcribere (unde ſcribae) dicta vel facta, & eccleſiaſtica & politica, vel notis & abbreviaturis, vel litteris etiam integris, quod unicum momentum rei univerſae comprobandae ſufficere poſſe, exploratum habeo. Interea in illius gratiam, qui teſtimonia deſiderat, verba apponimus MONTFAVCONII: (*g*) *Aliud ſcribarum genus erat τῶν νοταρίων ---- Erant autem notarii arcanorum ſcribae.* SCRINIARII gr. Σκρινιάριοι. (*h*) Non dico in gloſſ. mſ. reg. cod. 2062. (*i*) σκρινιάριος reddi ὑποχαρφεύς, (rectius forte ὑποχαρφεύς) & in alio gloſſ. cod. 396. (*k*) χαρτουλάριος, quod Papias probat: *ſcriniarii, cartularii publici.* Vtrumque enim, notarium eſſe, clarum eſt ex Suida, iisque, quae obſervavimus ante. (*l*) Taceo de eo, quod ſcriniarii ab epiſtolis, vel a libellis in antiquis memorantur inſcriptionibus. (*m*) Silentio praetereo, ſcriniarios iuxta atque notarios, tum alia, (*n*) tum epiſtolas ſcripſiſſe dictatas, ut apparet ex Nicolai papae I. epiſtola ad Michaëlem

 Impera-

(*a*) e. g. lib. IV. ep. XI. (*non vero X prout citat, qui adiecit Io. Diac. lib. IV. c. III. p. 82. lit. A.*) ep. XV. (*non XIV, prout itidem citat, qui appoſuit Io. Diac. lib. IV. c. IV. p. 82. lit. c.*) ep. XXXII. & XXXIV. (*non LIV. ut citat, qui addidit Io. Diac. lib. IV. c. X. p. 85. lit. b.*) ep. XXXVIII. ind. XIII. lib. VII. ep. XCVI. ind. II. &c. (*b*) in gloſſ. lat. v. *apocriſiar.* (*c*) Vid. act. conc tom. III. p. 11. col. 1. (*d*) Vid. Gregor. M. lib. 5. ep. 30. ind. XIV. (*e*) Vid. Feſſel. adverſ. ſacr. lib. I. c. I. p. 12. & 13. Sigon. de rep. hebr. lib. VII. c. 8. (*f*) Vid. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (*g*) c. l. lib. I. cap. V. p. 35. (*h*) Vid. Fresn. gloſſ. gr. in voc. σκρίνιον. (*i*) Vid. Fresn. gloſſ. lat. in voc. *ſcrinium.* (*k*) Vid. Fresne ibidem. (*l*) ad vocem *chartularii.* (*m*) Vid. Guther. d. l. lib. 3. c. VII. p. 473. (*n*) teſte Fresnio in gloſſ. lat. v. *ſcrinium.*

Imperatorem data, (*a*) & epiſtola viceſima ſeptima. (*b*) Non commemoro, Benedictum, Petrum, & Leonem, notarios regionarios & ſcriniarios dici, ſanctae romanae eccleſiae. (*c*) Mitto convenientiam, quae ſcriniarium inter eſt, & magiſtrum ſcrinii. Id ſaltem annotamus, notarios quosdam temporis proceſſu ipſos fuiſſe ſcriniarios, ſeu ſcriniis praefectos, vel eccleſiaſticis, vel civilibus, quod ex parte infra, petractare eſt animus. Quare ea ſententia, ſcriniarii vocem ſynonymum eſſe notarii, plerisque probatur eruditis. (*d*) SCRIPTORES PVBLICI. (*e*) SECRETARII. gr. Σεκρετάριοι ſeu σηκρητάριοι, (*f*) quod qui neſcit, eum in magna rerum ignoratione verſari neceſſe eſt. Certe abunde hoc docent conciliorum acta, chalcedonenſis ſcilicet, conſtantinopolitani, & nicaeni II, quibus in Beronicianus Conſtantinusque, qui a ſecretis ſacri conſiſtorii erant, quosque notarios fuiſſe ſupra coniectavimus, ſecretarii dicuntur, (*g*) & Chriſtophorus, (*h*) una cum Chriſtodoro, (*i*) diaconus, notarius ac ſecretarius, gr. νοτάριος σηκρητάριος, (*k*) Petrus vero venerabilis lector appellatur, & notarius ſacri patriarchici ſecreti, (*l*) gr. νοτάριοι τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχικοῦ σηκρέτου. (*m*) Adhaec notandum venit id, quod

(*a*) Vid. act. conc. tom. III. p. 919. col. 1. (*b*) Vid. Freſne in gloſſ. lat. voc. *ſcrinium*. (*c*) Vid. Macr. in hierolex. voc. *ſcriniar.* germanicar. rer. ſcript. a Frehero edit. tom. I. p. 70. & ſcript. rer. german. ſeptentrion. a Lindenbrogio edit. p. 148. Conf. Mabillon. de re diplom. lib. II. c. XIII. §. V. (*d*) Vid. Meurſ. gloſſ. gr. barb. in voc. νοτάριος. Lydii gloſſ. barbar. annex. oper. Clemangis in voc. *notarii reg.* Macr. in h. v. Speidel. d. l. in v. *protonotarien.* (*e*) quo ſenſu voces has in cap. poſt. conc. Ravenn. an. 904. c. 5. adhibitas eſſe Fresnius ſcribit in gloſſ. lat. v. h. (*f*) vid. Freſne in gloſſ. gr. voc. νοτάριος & σέκρετον. (*g*) act. conc. tom. II. p. 134. col. 2. pag. 137. c. 2. p. 159. c. 1. p. 189. c. 1. p. 216. c. 1. p. 217. c. 2. p. 228. c. 2. p. 263 c. 1. p. 266. c. 2. p. 312. c. 1. p. 315. c. 1. &c. (*h*) act. conc. tom. II. p. 590. c. 2. (*i*) act. conc. tom. II. p. 618. c. 2. p. 641. c. 1. (*k*) Vid. Freſne in gloſſ. gr. voc. νοτάριος. (*l*) act. conc. tom. III. p. 463. c. 1. (*m*) Vid. Freſne d. l.

quod Nicephorus constantinopol. ad Leonem Pontif. Max. scribit, (*a*) *creatum se esse regium notarium, cuiusmodi a secretis latini appellant*, quippe notum est, *a secretis* & *secretarium* pro uno eodemque poni. (*b*) Nec praetermittendum est iuxta alios, quod notarii, scribae fuerint arcanorum, τῶν ἀποῤῥήτων γραμμάτων, (*c*) FRESNIVSQVE tandem testetur, (*d*) secretarii regis, notariique munia olim diversa, postmodum fuisse unita. ΣΕΚΡΕΤΙΚΟΙ. (*e*) ΣΗΜΕΙΟΓΡΑΦΟΙ, id quod certius est, quam ut confirmandum sit h. l. prolixe. Notarios autem appellatos ita esse, (*f*) a τῶν σημείων, i. e. notarum scriptione, ut indicem, locus monet. SIGILLIFERI. (*g*) SINGVLARII. (*h*) SVBADIVVAE. (*i*) SVMMISTAE. (*k*) SYMBOLOGRAPHI. (*l*)

§. VII. TABELLIONES. (*m*) gr. ΤΑΒΕΛΛΙΟΝΕΣ. (*n*) TABVLARII. (*o*) gr. Ταβουλάρειοι, (*p*) Ταβουλλάρειοι, (*q*) vel cum adiectione, PVBLICI, gr. ΔΗΜΟΣΙΟΙ. (*r*) TACHYGRAPHI. gr. ΤΑΧΥΓΡΑΦΟΙ, οἱ εἰς τάχος γράφειν πεπαιδευμένοι, (*s*), τὸ τάχος (*t*) οἱ

(*a*) Vid. act. conc. tom. I. p. 1149. c. 2. (*b*) Vid. Fessel. adv. sacr. p. 6. (*c*) teste Montfauconio d. l. lib. I. c. V. p. 35. (*d*) in gloss. lat. voc. *notarius*. (*e*) auctore, Fresnio in gloss. gr. voc. σέκρετον. (*f*) in eius gratiam, qui testium nubem in fidem vocat, paucos nominabo; Philoxen. in gloss. Stephan. in lex. sub h. v. Fresn. in gloss. utroque. Fessel. in adv. sacr. lib. I. c. I. p. 19. Iust. Lips. l. c. Dilherr. in appar. philol. p. 491. (*g*) Vid. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (*h*) Vid. Herm. Hugo de prima scribendi origine cap. XXXII. (*i*) Vid. Wolffg. Laz. comm. reip. rom. lib. II. c. IV. p. 128. & Herm. Hug. c. l. (*k*) Vid. Herm. Hug. c. l. (*l*) Vid. Laz. ibidem & Herm. Hug. c. l. (*m*) Isidor. orig. lib. IX. c. 4. Fresne in gloss. gr. voc. γραμματειον & in gloss. lat. praef. §. XXVII. Macr. in v. *scriniarius*. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. Pignor. de servis p. 152. Montfaucon. d. l. lib. I. c. V. p. 35. (*n*) Vid. Fresne in h. v. & Montfauc. d. l. lib. I. c. V. p. 35. c. VII. p. 80. (*o*) Vid. Io. Bapt. Egnat. Venet. annotat. in Iul. Capitol. & Pancirol. comment. in noti hist. imp. or. c. 77. eiusdemque de magistr. muncip. c. XXI. p. 195. (*p*) Vid. Montfauc. d. l. lib. I. c. V. p. 35. cap VII. p. 68. (*q*) Vid. Fresne in gloss. gr. voc. ταβυλάριος, & Montf. d. l. lib. I. c. VII. p. 76. (*r*) Vid. Fresne d. l. (*s*) Theodoret. H. E. lib. II. c. 31. (*t*) Basil. in ep. 178. ad notar.

οἱ γράφοντες, οἱ ταχέως γράφοντες, (a) id quod neminem eorum, qui haec legunt, ignorare arbitror. Notarios enim a celeriter scribendo, ἀπὸ τοῦ εἰς τάχος γράφειν, (b) quod illorum proprie erat, sic dictos esse, unusquisque facile intelligit. Adeo clarum hoc est, ut non videatur egere alterius testis voce. Sed ne quid desiderari possit, citabo loca aeque auctorum, EVSEBII (c) nempe & SOZOMENI, (d) quae apud ipsos videri possunt, quaeque de ταχυγράφοις i. e. notariis loquuntur, ac virorum summorum testimonia. (e) ΥΠΟΓΡΑΦΕΙΣ. Approbatur hoc omnibus eruditorum calculis, SVIDAE, (f) STEPHANI, (g) MEVRSII, (h) SVICERI, (i) VALESII. &c. (k) Verum enim vero rationem denominationis huius intactam omittunt cuncti. Ego quidem, salvo tamen aliorum iudicio, existimo, repetendam inde esse, quia notarii olim vel litteris subscripsere tum pontificum, (l) tum Imperatorum atque regum, vel etiam in iudiciis ea, quae gesta, dictaque sunt, litteris mandarunt. ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΙΣ, teste VALESIO, (m) qui hac ipsa voce, quae apud Nicephorum occurrit, notarios vult designatos esse. Cetera iam, quae de synonymis, variisque notariorum appellationibus dici, tempus prohibet, vel recordationi, vel coniecturae permitto benevoli lectoris. Nam & multis plura hoc genus esse nota, nihil ambigo, & qui illa non norunt, poterunt tamen ultro ex iis, quae iam sunt allata, divinare.

§. VII.

(a) Vid. Iunius in nomenclat. voc. *notarius* p. 438. vel n. 348. (b) Vid. Montf. d. l. lib. I. c. V. p. 35. (c) H. E. lib. VII. c. XXIII. (d) H. E. lib. IV. c. V. & XXI. (e) Stephan. in lex. sub v. γράφω. Theoph. (teste Fresnio in gloss. gr. v. νοτάριος) an. 7. Iustin. de Prisco. Iust. Lipsii in epist. ad Lessium. Fessel. in adv. sacr. lib. I. c. I. p. 19. Suicer. in thes. eccl. voc. νοτάριος. &c. (f) in voc. νοτάριος. (g) in lex voc. γράφω. (h) in gloss. gr. barb. voc. νοτάριος. (i) in thesaur. eccl. voc. νοτάριος. (k) in annot. in l. 5. Socr. H. E. cap. XXII. p. 71. c. 2. (l) Vid. Gregor. M. lib. IV. ep. XXV. (m) in annot. in lib. IV. Sozomeni h. e. cap. 3.

§. VIII. Nos de nominibus, quibus primus notariorum, (a) seu primus inter notarios (b) & notarius summus (c) diversis donatus est temporibus, cum quae in auctoribus observata, indicabimus, lectorem ablegando ad illos ipsos, tum quae sint, significabimus. Sunt vero haec: ΑΝΟΤΑΡΙΟΣ. (d) ABBREVIATOR. (e) ARCHICANCELLARIVS. (f) ARCHICAPPELLANVS. (g) ARCHIEPISCOPVS. (h) ARCHIGRAMMATEVS. (i) ARCHIVISTA, (k) vel cum addito, PRIMARIVS. (l) A SECRETIS. (m) BIBLIOTHECARIVS. (n) CANCELLARIVS. (o) CHARTOPHYLAX. (p) COMES NOTARIORVM. (q) IANVA EXOCATACOELORVM. (r) gr. θύρα τῶν ἐξοκατακοίλων. Λογοθέτης, LOGOTHETA. (s) NOTARIVS. (t) PRIMICERIVS, (u) ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ ΝΟΤΑΡΙΩΝ. (x) PRIMICERIVS EXCEPTORVM, (y) seu NOTARIORVM. (z) ΠΡΙΜΜΙΚΗΡΙΟΣ ΤΑΒΟΥΛΑΡΙΩΝ. (aa) PRIMISCRINIVS. (bb) ΠΡΩ-

(a) Vid. act. conc. tom. III. p. 89. c. 2. & Ammian. Marcell. lib. XXVI. p. 318. (b) Vid. id. lib. XXV. p. 303. (c) Vid. Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. & c. XIII. §. VI. (d) Vid. Fresne in addend. ad gloss. gr. p. 4. & Montfauc. d. l. lib. VI. c. I. p. 394. 396. 397. (e) Macr. in hierol. voc. *breve* & *abbreviator.* conf. Gretser. ad Cod. p. 162. (f) Fresne in h. v. Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. (g) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. X. conf. §. XIII. (h) Mabillon. d. l. c. XI. §. XIII. (i) Tiraquell. in annot. in Alex. ab Alex. dies gen. p. 115. (k) Macr. in voc. *scriniar.* (l) Macr. in voc. *primiscrinius.* (m) Hincmar. in de ordine palatii. ep. 14. c. 16. (n) Macr. in v. *scriniar.* (o) act. conc. tom. V. p. 784. col. 1. & 2. Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. (p) Meurs. gloss. gr. barb. in h. v. (q) Fresne in gloss. lat. voc. *comes.* (r) Codin. de off. p. 2. 3. Goar. ad eundem p. 12. & Gretſ. p. 162. Macr. in voc. *protonot.* (s) Fessel. adv. sacr. p. 4. 5. Conf. Fresne in gloss. lat. v. h. (t) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. V. (u) Act. conc. tom. III. p. 103. c. 2. Speidel. d. l. in v. *protonotarien.* (x) Meurs. in gloss. gr. barb. v. *νοτάριος.* Fresne in gloss. gr. v. h. Suicer. in thes. eccles. v. *νοτάριος.* (y) Fresne in h. v. (z) act. conc. tom. 1. p. 985. c. 2. p. 987. c. 1. 2. &c. tom. 2. p. 141. c. 1. p. 143. c. 1. p. 144. c. 2. &c. Gretser. ad Cod. cap. VI. p. 163. Fresne in gloss. lat. voc. *notarii.* Suicer. in thes. eccles. v. *πρωτονοτάριος.* Pancirol. not. imp. or. cap. XCII. (aa) Cod. de off. const. p. 4. & Gretser. ad eundem p. 174. seq. (bb) Macr. in v. h. & *protonotarius.*

ΠΡΩΓΟΑΣΗΚΡΗΤΗΣ. (a) ΠΡΩΤΟΣΤΑΤΗΣ ΥΠΟΓΡΑΦΕΩΝ. (b) ΠΡΩΤΟΝΟΤΑΡΙΟΣ. (c) lat. PROTONOTARIVS. PROTOSCRIBA. (d) PROTOSCRINIARIVS. (e) PROTOSCRIPTOR ECCLESIAE. (f) ΠΡΩΤΩΣ ΝΟΤΑΡΙΩΝ. (g) ΠΡΩΤΕΥΩΝ. NOT. (h) REFERENDARIVS. (i) SCHOLASTICVS. (k) SIGNATOR. (l) TRIBVNVS NOTARIVS. (m) vel TRIBVNVS NOTARIORVM (n) gr. ΤΡΙΒΟΥΝΟΣ ΝΟΤΑΡΙΟΣ. (o) ΤΡΙΒΟΥΝΟΣ ΝΟΤΑΡΙΩΝ. (p) Quorum in collocatione, alphabeti ordinem attendi. Tantum abest, ut temporis, quando ſynonyma haec invaluere, rationem habuerim aliquam. Et haec ſufficiant, quae de ſynonymis hactenus commemoravi, pauca. Plura enim ad diviſionem properanti, non licet.

CAP III.
DE
DIVISIONE NOTARIORVM.

§. I.

QVandoquidem autem, quicquid in antiquitate notariorum (q) eſt, uno oculi ictu perluſtro, duo ſumma eorum genera deprehendo: nimirum *eccleſiaſticos* alios, alios *civiles*.

(a) *πρωταοηκρῆτις. πρωτοασηκρῆτις. πρωτοασηκρέτης.* Goar. ad Cod. de off. conſt. c. II. p. 27. ſeq. (b) *πρωτοστάτης* & *ἄρχων τῶν ὑπογραφέων.* Meurſ. in gloſſ. gr. barb. v. *νοτάριος* Fresne in v. *πριμμικήριος.* (c) Socrat. lib. VII. cap. 23. Cod. de off. conſt. cap. 1. conf. Goar ad Codin. p. 32. & Gretſerum ad eundem p. 211. Fresne it. Macr. & Suicer. in v. h. (d) Buxtorff. lex. Talmud. in v. אנקולמוס (e) Macr. in v. h. & *ſcriniarius.* (f) Macr. in voc. *protonotarius.* (g) Fresne in gloſſ. gr. voc. *πριμμικήριος.* (h) Fresne in gloſſ. gr. v. h. (i) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. III. (k) Fresne in gloſſ. lat. v. h. (l) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. XI. (m) Gregor. de Rives in declarat. vocum epitom. ſubi. voc. *notarii.* (n) Valeſ. in annot. in Marcell. lib. XVII. p. 140. Ruinart. in act. Mart. p. 478. (o) Iſidor. Peluſiot. ep. 291. (p) Zoſim. hiſt. lib. V. p. 345. (q) ſumta voce *notar.* in ſignificatu laxiori. Nec inficias eo, foeminas quandoque notariatus exercuiſſe officium. Locus illuſtris eſt lib. XVIII. Marcell. pag. 118.

civiles. (*a*) Horum nomine, ut ὕστερον πρότερον agam, illi veniunt, qui vel senat. (*b*) consulibus, (*c*) proconsulibus, (*d*) praetoribus, (*e*) aedilibus, (*f*) vel cum addito, curulibus, (*g*) tribunis, (*h*) quaestoribus, (*i*) imperatoribus, (*k*) regibus, (*l*) ducibus, (*m*) comitibus, (*n*) aliisque viris (*o*) il-

G lustribus,

(*a*) Quod si quis divisionem ideo minus rectam esse censeat, cum Meursius scribat in gloss. gr. barb. voc. νοται, νοταειος, *Sed notariorum primum duo erant genera. Hi ipsam artem factitabant illi profitebantur & adolescentes docebant ---- Et hi festum sanctorum notariorum celebrabant — Eorum vero qui artem factitabant, tria rursus erant genera. Hi palatio inserviebant, isti militiae, illi ecclesiae,* eum considerare velim, posse tamen hos ad genera referri, quae sunt posita. (*b*) Vid. Grut. inscript. pag. 389. n. 6. p. 446. n. 3. p. 457. n. 2. p. 458. n. 6. (*c*) Grut. d. l. p. 541. n. 10. p. 544. n. 6. p. 625. n. 6. (*d*) Barth. advers. lib. 50. c. 1. (*e*) Vid. Carol. Sigon. de iud. lib. I. cap. VI. apud Graev. tom. II. antiquit. rom. pag. 1695. (*f*) Gruter. d. l. p. 174. n. 3. 4. p. 326. n. 4. 7. p. 349. n. 1. p. 483. n. 3. p. 562. n. 4. p. 415. n. 9. p. 326. n. 10. 11. (*g*) Vid. hac de re Pisonis verba, quae exhibet Octav. Ferrarius in libro de origine roman. apud Graevium tom. I. p. 15. Barth. d. l. Grut. item c. l. p. 326. n. 8. 9. 12. p. 42. n. 6. p. 94. n. 11. p. 1093. n. 8. & Reines. synt. inscript. antiqu. class. VI. 85. p. 438. (*h*) Gruter. l. c. p. 627. n. 5. 8. p. 562. n. 4. (*i*) Gruter. l. c. p. 626. n. 7. p. 1103. n. 1. p. 174. n. 3. 4. p. 349. n. 1. p. 625. n. 4. p. 1090. n. 15. Conf. Onuphr. Panvin. de civit. rom. cap. 66. apud Graev. tom. I. p. 322. Barth. d. l. Anton. Augustin. de legibus, qui apud Graev. tom. II. p. 1190. Suetonium, auctorem esse dicit, Domitianum scribas quaestorios ex consuetudine, sed contra legem Clodiam negotiantes, venia donasse. & Petr. Greg. Tholos. d. l. cap. XLII. init. (*k*) Gruter. d. l. p. 482. n. 5. p. 1073. n. 7. p. 272. n. 1. p. 578. n. 5. p. 1111. n. 12. Flav. Vop. in div. Aurel. Vid. tom. I. hist. Aug. script. p. 511. (*l*) Vid. Niceph. ep. ad Leonem pontif. inserta act. conc. tom. I. p. 1148. seq. Fresne in gloss. lat. voc. *notarii, capellani, clerici.* (*m*) Barthio teste, qui c. l. ducalium scribarum in codice Iustiniani mentionem fieri tradit. (*n*) Vid. Caroli M. capit. primi ann. DCCCV. c. III. p. 421. (*o*) e. g. iudicibus, officialibusque regiis, novell. 82. de τῶν δικαςῶν, de iudicibus, Fresne in gloss. lat. voc. *clerici.* Defensoribus civitatum. v. Petr. Gregor. Tholosan. d. l. lib. XLVII. cap. XLI. &c.

lustribus, palato (*a*) item, foro, (*b*) civitatibus, (*c*) provinciis, (*d*) legionibus, (*e*) classibus, (*f*) vel privatis quoque personis, (*g*) iisque civilibus, navabant operam, vel acta publica, instrumenta, seu συμβόλαια, privilegia, libros, epistolas, tum graecas, (*h*) tum latinas, (*i*) seu codicillos, & quaecunque alia scribendo, vel scribentibus aliis assistendo, vel scripta describendo, vel responsa deferendo, vel subscribendo & recognoscendo diplomata, vel scriniis inserviendo, aliaque obeundo negotia. Quae cum ita sint, mirandum est minus, quod non varia tantum notariis cesserunt nomina illa, de quibus diximus, verum etiam in auctoribus, occurrere passim haec & talia videmus: notarius seu scriba libellaris, epistolaris, memorialis, criminalis, praesentationum, libellensis, &c. (*k*) consularis, proconsularis, praetorianus, aedilitius, tribunicius & quaestorius; (*l*) notarius secretorum; (*m*) notarius imperatoris; (*n*) notarius regis; (*o*) notarius regiae dignitatis; (*p*) notarius principis; (*q*) notarius

(*a*) Gruter. d. l. p. 193. n. 11. p. 1049. n. 7. (*b*) Gruter. d. l. p. 445. n. 9. 10. (*c*) ita Octav. Ferrarius lib. de origine romanorum. Vid. thes. antiquitat. rom. tom. I. p. 15. Heur. Vales. annot. ad Amm. Marcell. lib. XXVIII. p. 348. Montfauc. d. l. lib. IV. c. IX. p. 325. (*d*) Henric. Vales. & Montfaucon. d. l. Gruter. d. l. p. 63. n. 10. & 591. n. 6. 7. (*e*) Gruter. d. l. p. 80. n. 8. (*f*) Gruter. d. l. pag. 564. n. 7. (*g*) Vid. Plin. epist. 5. lib. 3. p. 163. & lib. 9. ep. 36. p. 556. nec non Auson. epigramm. 137. (*h*) Gruter. d. l. p. 578. n. 6. p. 586. n. 8. 9. p. 587. n. 1. 2. (*i*) Gruter. d. l. p. 272. n. 1. p. 587. n. 3. 4. Conf. Barth. c. l. (*k*) V. Petr. Gregor. Tholosan. d. l. cap. 41. §. 3. Guther. d. l. p. 400. (*l*) Conf. Barth. d. l. Casaubon. ad Iul. Capitolin. in vit. Opil. Macrin. tom. I. hist. Aug. script. p. 757. Sigon. de antiquo iure civ. rom. lib. II. c. IX. apud Graev. tom. I. p. 157. Petr. Greg. Tholos. d. l. lib. XLVII. c. 42. §. 1. Ant. Augustin. de legibus apud Graev. tom. II. p. 1190. (*m*) Vopisc. in Aurel. tom. I. hist. Aug. script. p. 511. (*n*) script. rer. germ. a Freher. ed. tom. I. p. 62. & 236. (*o*) script. german. ex biblioth. Pistorii tom. II. p. 1. (*p*) Mabillon. d. l. lib. II. c. XI. §. IX. (*q*) auctore Ammiano Marcellino lib. XXX. p. 417. apud quem & alios auctores saepiuscule fit mentio notariorum.

Vid.

rius curiae & civitatis; (a) notarius praetorianorum, qui notarius quoque dictus, divini palatii; (b) notarius militans; (c) notarius & domesticus (d) &c. De quibus multa forsan, (e) lectu non ingrata scribere haberem, nisi ceteros ad notarios festinaret haec scriptio, & quod amplius addo, sufficere haec crederem ad id, cuius gratia inserui, ad discernendos scilicet ecclesiasticos notarios a civilibus, qui in ecclesiasticis saepius occupati fuere negotiis. (f)

§. II. Illi sunt, quos ecclesiae inserviisse novimus, tum iudaicae, tum christianae. De illius ecclesiae notariis, ut agam, instituti mei ratio non permittit. Huius autem cum nomino, eos non tantum intelligo, qui ab ecclesia constituti erant christiana, quibusque res totius aliquando ecclesiae curae erant, verum &, qui conciliis, episcopis, aliisque operam locabant. Quod ut clarius dicamus, omne illorum genus, ecclesiasticis ex scriptis conquisitum, veluti per saturam, ut est in proverbio, proponemus conspiciendum, tantum abest,

 ut

Vid. ei. lib. XIV. p. 9. p. 22. p. 29. p. 30. lib. XV. p. 35. lib. XVII. p. 101. p. 113. lib. XIX. p. 150. lib. XX. p. 170. p. 171. lib. XXI. p. 182. p. 186. lib. XXII. p. 207. p. 222. lib. XXIV. p. 274. lib. XXV. p. 302. p. 303. p. 307. lib. XXVI. p. 317. p. 322. lib. XXVIII. p. 358. p. 366.

(a) cuius in Ital. sacr. tom. VIII. frequentem fieri mentionem Mabillon. tradit d. l. lib. II. c. XIII. §. I. (b) ut ex act. apparet concil. tom. II. p. 295. col. 1. & 2. (c) Ammian. Marcell. lib. XXX. pag. 425. lib. XXIX. p. 391. Quaenam vero militia sit, de qua sermo fit h. l. nondum satis exputavi. Triplex illa est Sirmondo ad Sidon. p. 14. (d) Vales. in Marcell. lib. XVII. p. 140. (e) e. g. notarios hosce, (quorum collegium schola dicebatur) iuramento adstrictos, Marcell. lib. XXVIII. p. 367. & 381. notis quoque excepisse, id. lib. XXII. p. 206. nec expeditum esse de cuiusque dignitate iudicium, at de thecis illorum constare, quibus styli includebantur & pugillaria. Vid. Amm. Marcell. lib. XXVIII. p. 371. Laur. Pignor. de servis edit. August. p. 116. & edit. Amstelod. 1674. qua in iconem thecae ab Andrea a Tornaco expressam inveniri, Hoffmann. adfirmat in lex. univ. voc. *pugillares tabulae.* &c. (f) Vid. Chrysost. op. tom. V. p. 611. act. conc. tom. II. p. 174. col. 1. 2. Collat. Carthagin. cum Donatistis, Optati Milevitani oper. inserta.

ut quantum oneris in ſe recipiat, qui haec talia plenius diſcutere conatur, ignoremus. Ac initio quidem NOTARII REGIONARII, graec. ῥεγεωνάριοι, (*a*) quos a Clemente PP. primum inſtitutos ſcribit FRESNIVS, (*b*) quosque hoc nomen inde ſortitos eſſe cuncti ſibi perſuaſum habent, quia ſeptem regionibus, in quas urbs Roma diviſa erat, praeerant, in GREGORIO M. (*c*) memorantur, & ANASTASIO. (*d*) Equidem in actis quoque conciliorum, notarii occurrunt regionarii, ſed cum adiectione, APOSTOLICAE SEDIS. (*e*) Sequuntur NOTARII tum ſanctiſſimae ECCLESIAE CONSTANTINOPOLITANAE, tum ſanctae apoſtolicae ECCLESIAE ROMANAE, qui & ſimpliciter notarii eccleſiae romanae, & a pontificibus, notarii eccleſiae noſtrae, dicti. Horum mentio fit in conciliorum actis, Gregoriique ſcriptis, quem vulgo Magnum appellant. Id, quod dixi, ut confirmem, non per volumina iſta eundo, ſigillatim illorum nomina colligam, quos vocatos ita legimus, (hoc enim nimis longum foret) ſed paucis ſaltem indicabo, notarios vocari Sericium (*f*) ſanctae & apoſtolicae eccleſiae romanae, Bonifacium, (*g*) Aemilianum, (*h*) & Anaſtaſium (*i*) ſanctae duntaxat eccleſiae romanae, Epiphanium (*k*) autem Dionyſiumque (*l*) absque addito, eccleſiae romanae, & Paterium (*m*) tandem, eccleſiae noſtrae. Neque tamen credendum eſt, eccleſias ſaltem recte ſentientes, notarios habuiſſe. Falſum enim hoc eſſe, ex titulo apparet, qui in geſtis collationis inter catholicos ac donatiſtas in haec verba

(*a*) Meurſ. gloſſ. gr. barb. in hac & νοτάριος voc. (*b*) in gloſſ. lat. voc. *notarius*. Conf. Meurſ. d. l. in v. νοτάριος. (*c*) lib. VII. ep. XVII. ind. I. (*d*) in Hadriano PP. p. 142. (*e*) act. conc. tom. III. p. 93. c. 2. p. 97. col. 2. p. 101. col. 1. p. 103. col. 2. p. 105. col. 1. p. 106. col. 2. p. 108. col. 1. p. 112. col. 2. p. 117. col. 1. p. 120. col. 2. p. 122. col. 2. p. 123. col. 2. p. 126. col. 1. &c. (*f*) act. conc. tom. I. p. 1013. col. 1. (*g*) act. conc. tom. II. p. 523. col. 2. (*h*) Gregor. M. ep. XXII. lib. IX. (*i*) Gregor. M. dial. lib. I. c. VIII. (*k*) act. conc. tom. II. p. 42. c. 2. (*l*) act. conc. ibid. (*m*) Gregor. M. lib. IV. ep. XXV. ind. XIII.

verba conceptus est: *Excipientibus quoque Ianuario & Vitale, notariis ecclesiae catholicae, Victore & Cresconio, notariis ecclesiae Donatistarum.* Excipiat hos exceptores, NAZIANZI ECCLESIAE lector & NOTARIVS, de quo testamentum loquitur GREGORII NAZIANZENI. (*a*) Erant autem & CONCILIORVM notarii, qui non semel memorantur in eorundem actis. Sic Daniel Nicaeni concilii, (*b*) Galteri & Petrus Bruneti, Basileensis, (*c*) Paulus de Iuvenaco, Hermannus de Duverck, & alii, Constantiensis, (*d*) Nicolaus Lipamanus, Franciscus Spinula, Alphonsus de Lerma & reliqui, Lateranensis (*e*) sub Iulio II. habiti, notarii fuisse perhibentur. Praeterea concilii Florentini historia, γραμματικὸν habet, ὁ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς καταστάσεως, qui SVICERO (*f*) audit, NOTARIVS SACRI CONSISTORII publicus, quemque explicat, eum scilicet, qui, ubi patriarcha senatum suum celebrabat, quicquid hic suis dictaret, aut mandaret, describere tenebatur. Adhaec noti sunt NOTARII PATRIARCHARVM, ARCHIEPISCOPORVM, EPISCOPORVM, ABBATVM, DIACONORVM, & DEFENSORVM. Certe Antiochus una cum Petro & Agathone plus simplici vice, (*g*) notarius dicitur Georgii sanctissimi patriarchae Constantinopoleos, & in actis concilii nicaeni secundi, Petrus, qui alibi (*h*) notarius sacri patriarchatus, νοτάριος appellatur τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχικοῦ σεκρέτου, notarius sancti patriarchici secreti. (*i*) Ne dicam in praesentia de Constantino, (*k*) Victore (*l*), Stephano (*m*) notario sacri patriarchatus, diacono item magnae Dei ecclesiae,

 ecclesiae,

(*a*) adi. ei. oper. tom. I. (*b*) act. conc. tom. I. p. 820. col. 1. cap. 9. (*c*) act. conc. tom. IV. p. 413. seq. p. 426. c. 2. (*d*) act. conc. tom. IV. p. 252. col. 1. (*e*) act. conc. tom. V. p. 26. c. 2. (*f*) in thesaur. eccl. voc. γραμματικος. (*g*) in actis concil. VI. Cpolit. Vid. act. conc. tom. III. p. 240. col. 1. p. 242. col. 1. p. 266. col. 2. p. 285. col. 1. p. 321. col. 2. p. 335. col. 2. p. 341. col. 2. p. 327. col. 2. (*h*) act. conc. tom. III. p. 516. c. 1. (*i*) act. conc. tom. III. p. 463. c. 1. (*k*) act. conc. tom. III. p. 465. col. 1. p. 461. col. 2. (*l*) act. conc. tom III. p. 515. c. 2 (*m*) act. conc. tom. III. p. 539. col. 1.

clesiae, & nomophylace imperii romani, (a) aliisque, quibus omissis, & romanum patriarcham, hoc est, ut nunc loqui mos est, pontificem suum habuisse notarium, manifestum facio ex PLATINA, (b) & inscriptionibus (c) antiquis, non neglecto tamen eruditorum, qui datur hoc in loco, unanimi consensu. Dein archiepiscopis quoque notarios fuisse quondam, unumquemque suapte sponte ex eo colligere confido, quia Baanes, notarius nuncupatur Aretae archiepiscopi, (d) Iacobus vero Andreas Parlatus, notarius curiae archiepiscopalis Neapolitanae, (e) & Honoratus Parcatoris, notarius, & curiae archiepiscop. Aquen. scriba. (f) Porro de episcopis, quod asserui, non inepte putari, exempla docent, quae suppetunt, nempe Alexandri, (g) episcopi Alexandrini, cui S. Athanasius, Hellanici (h) Rhodiorum civitatis episcopi, cui Epaphroditus; (i) Venantii, (k) Hierapolitanae civitatis episcopi, cui Theodosius, & aliorum, (l) quibus alii fuere notarii. Et quid vetat hic producere, Origenis (m) & Hieronymi (n) Stridoniensis, virorum celeberrimorum, notarios? Denique de diaconorum, & abbatum, & defensorum notariis, nemo quisquam habebit dubitare, quippe in Caroli M. capit. primi anni DCCCV. statuitur, *ut unusquis-*

que

(a) Montfauc. d. l. lib. IV. c. VI. p. 302. (b) de vitis pontif. p. 149. in vit. Pelag. pontif. (c) Vid. Grut. d. l. p. 306. n. 6. p. 578. n. 6. &c. (d) Vid. Montfauc. d. l. lib. I. c. VI. p. 43. (e) act. conc. tom. V. p. 37. col. 1. (f) act. conc. tom. V. p. 158. c. 1. conf. Mabillon. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. ubi notarii meminit archiepisc. Narbon. (g) Sozom. H. E. lib. II. c. XVII. (h) act. conc. tom. I. p. 987. col. 1. (i) qui & simpliciter Rhodiorum civitatis notarius dicitur ibidem i. e. act. conc. tom. I. p. 987. c. 1. (k) act. conc. tom. II. p. 213. c. 2. (l) e. g. Cypriani, Hieron. catal. script. c. LIII. Ambrosii, Palladii, act. conc. tom. I. p. 722. c. 2. p. 724. col. 1. 2. p. 725. c. 1. &c. Refero huc tamen Germanum Parisiorum antistitem, de quo Mabill. vid. d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (m) Euseb. H. E. lib. VI. c. XXIII. Hieron. catal. script. c. LXI. add. Suid. in v. Ὠριγένης. (n) Vid. ei. praef. l. 3. super epist. ad Galat.

que episcopus & abba, & comites suum notarium habeant, Eunomius autem Galata Cyzicenus postea episcopus, Aëtii diaconi Antiocheni notarius fuisse legitur, GREGORIVSQVE tandem M. in epistola (*a*) ad Fantinum defensorem data, expresse scribit; *60. solidos per notarium tuum tibi transmisimus.* Pedem promoveo ad NOTARIOS CAPITVLORVM, quibus Mabillon in annum, capituli sigilla & registra commissa esse scribit. (*b*) NOTARIOS NATIONVM, posterioribus temporibus, in conciliis ordinatos animadverti. Quod ne quis me commentum putet, inspiciat acta concilii constantiensis, quae in concil. tom. IV. legenda nobis exhibentur, quibusque id, quod dixi, apertissime confirmatur. (*c*) NOTARII DIOECESIVM dicti forsan sunt, qui antea sub Gregorio M. notarii in Sardinia, (*d*) Sicil. (*e*) &c. NOTARII APOSTOLICI, verbis ac iudicio, PETRI GREGORII THOLOSANI, (*f*) *tales esse debent, qui ab episcopis, aut archiepiscopis, vel officialibus, seu vicariis eorundem examinati, si sufficientes per se huic muneri & idonei inveniantur, iuramentum fidei in eorum manibus praebent. Eaque de re codicillos testimoniales recipiant, quos describi curant regestis episcoporum, archiepiscoporum & senarchorum.*

§. III. Ad haec autem, quae fecimus, notariorum ecclesiasticorum genera, num, & qua ratione referri possint, aut debeant ii, quos vel sine ordine congestos effundam: notarii apostolicae sedis, (*g*) notarii sedis romanae, (*h*) notarii sedis nostrae, (*i*) notarius noster, (*k*) meus, (*l*) notarius apostoli-

(*a*) ep. XLIII. lib. III. (*b*) d. l. lib. II. c. XIII. §. II. (*c*) Vid. tom. IV. p. 252 c. 1. seq. (*d*) Gregor. M. lib. IV. ep. IX. (*e*) Gregor. M. lib. VIII. ep. XXII. ind. III. (*f*) in d. l. lib. 47. c. 42. §. 15. (*g*) act. conc. tom. III. p. 96. c. 2. p. 100. col. 2. p. 103. col. 1. p. 112. c. 1. p. 117. c. 1. p. 120. c. 2. p. 127. c. 2. p. 122. c. 1. p. 123. c. 1. p. 126. c. 1. p. 128. c. 1. p. 129. c. 2. p. 134. c. 2. p. 137. c. 2. p. 140. c. 1. p. 149. c. 1. 2. p. 160. c. 2. tom. IV. p. 390. c. 1. (*h*) act. conc. tom. II. p. 825. col. 2. (*i*) Gregor. M. lib. II. ep. XXXIV. ind. X. ep. XLI. ind. XI. (*k*) Gregor. M. lib. IX. ep. 18. 43. 65. lib. X. ep. 15. lib. V. ep. 30. (*l*) Gregor. M. lib. IV. ep. 49.

apostolicus, (a) seu (b) publicus apostolica auctoritate notarius, (c) notarius romanus, (d) notarii sacri palatii apostolici causarum, (e) notarii apostolica & imperiali, (f) nec non regia (g) delphinalique (h) auctoritatibus, notarii camerae apostolicae, (i) notarii praesentis causae, (k) notarius constantinopolitanus, (l) notarii academiarum, de quibus meminit PETRVS GREGORIVS THOLOSANVS, (m) & eum credo, secutus, SPEIDELIVS, (n) id demum est, de quo lectorem iudicare posse, confido. Illud autem forte nunc a me postulatur, ut quem in finem ecclesiae, concilia, patriarchae, archiepiscopi, episcopi &c. usi sint notariis, ostendam. Sed cum hoc, quod flagitatur, manifestum fiet, quando ea exponam, quae notariorum muneri, & officio sane quam amplissimo incumbebant, expendo potius originem illorum.

CAP IV.

DE

ORIGINE NOT. ECCLESIAST.

§. I.

QVod dum facio, non ibo longius, nec quid illi hac de re statuere videantur, aperiam, qui psalmo XLV. in vocibus סופר מהיר Davidem allusisse aiunt, (o) ad notarios, notis

(a) act. conc. tom. V. p. 100. c. 2. (b) id quod colligo ex collatione tom. V. act. conc. p. 100. c. 2. cum ei. tom. V. p. 102. c. 1. (c) act. conc. tom. V. p. 102. col. 1. tom. IV. p. 696. c. 2. tom. V. p. 58. col. 1. (d) act. conc. tom. II. p. 141. c. 1. (e) act. conc. tom. IV. p. 277. (f) act. conc. tom. IV. p. 268. c. 1. tom. V. p. 159. col. 1. (g) act. conc. tom. V. p. 688. c. 1. (h) act. conc. tom. V. p. 119. c. 2. (i) act. conc. tom. IV. p. 249. col. 2. (k) act. conc. tom. IV. p. 380. col. 2. (l) Gregor. M. lib. XI. ep. XXVII. ind. VI. (m) d. l. lib. XLII. cap. XLII. §. 13. (n) d. l. sub v. *Notarien.* (o) Geier in h. psalm. Fessel. l. c. lib. I. c. 1. p. 19.

notis velociter ſcribere ſolitos, neque duos in ſcribas, qui coram Sanhedrin ſtetere olim, (*a*) digitum intendam, vel ut alia multa, ita & notariorum nomina, & officia, ex republica in eccleſiam demum translata eſſe, indicabo, quanquam hoc ipſum argumentum, non tam eſt, ut aliquis primo intuitu credere queat, ab inſtituto, quod prae manibus eſt, alienum. Verbis tantum uberioribus explicabo, quo tempore forſan notarii in eccleſiam introducti ſint chriſtianam. Antero, inſtitutionem notariorum eccleſiaſticorum adſcribere mavult B. SAGITTARIVS, *non immerito ſe dubitare*, ſcribens, (*b*) *an naſcente religione chriſtiana Clemens in has curas devenerit: multoque minus vero conſentaneum eſt, tantum ſibi tum temporis indulſiſſe Clementem, ut novam romanae urbis diviſionem auſus fuiſſet ſuſcipere*, & ſubiungens: *De Antero, qui III. ſeculo romanae eccleſiae praefuit, id potius crediderim.* Alii Fabianum notarios primum inſtituiſſe exiſtimant, quod ex PAMELIO, (*c*) HILDEBRANDO, (*d*) & QVENSTEDIO, (*e*) hauſiſſe me profiteor. Sed, uti ratio non apparet firma, cur ſeculi primi chriſtianis, ſtudium denegemus omne acta martyrum conſignandi, urbis autem diviſionem, appellare fortean poſſumus, aut debemus, ipſam partium urbis tacitam aſſignationem; ſic utramque opinionem minus probabilem eſſe, ſtatim intelliget is, qui illud inprimis conſiderat, Anterum ſedem romanam tenuiſſe quando Maximinus ſaeviit perſecutor, Fabianumque ut volunt, ab anno Chriſti 238. usque ad annum 254. eccleſiae praefuiſſe romanae, PONTIVM vero DIACONVM (quem ad annum Domini 240. FRISIVS (*f*) refert, quemque anno 258. obiiſſe novimus,) maiores ſuos martyrum acta conſcripſiſſe teſtari in vita Cypriani, ubi in haec prorumpit verba, *maiores noſtri hominibus*

 plebeiis

(*a*) Vid. Lightfoot hor. hebr. P. I. p. 605. & P. II. p. 130. Goodwin Moſ. & Aaron p. 403. & 410. (*b*) in libr. de martyrum natalit. c. I. §. XII. (*c*) Vid. ei. annot. ad Cyprian. ep. XXXVII. p. 43. (*d*) Vid. ei. diſſ. de conc. veter. c. III. §. IIX. (*e*) Vid. ei. antiqu. cap. 2. num. IIX. §. 6. p. 139. (*f*) in biblioth. patrum ed. anno MDXCII.

plebeiis & catechumenis, martyrium consecutis, tantum honoris pro martyrii veneratione detulerunt, ut de passionibus illorum multa, aut prope dixerim omnia conscripserint, ut ad nostram quoque notitiam pervenirent, qui nondum eramus nati, imo Tertullianum, antiquiorem Pontio Diacono, PAMELIO (*a*) teste, fastos ecclesiae opponere municipalibus solennitatibus gentilium. Apparet enim hinc, ut opinor, esse utique ante Anterum Fabianumque constitutos quosdam ad id, ut acta martyrum litteris consignarent, fastosque conficerent. Accedit, quod Antero, non tam notariorum institutionem, quam actorum ab iisdem repetitionem & in ecclesia asservationem in pontificali tribui ipse agnoscit Sagittarius, Fabianumque notariis quidem ἐργοδιώκτας, seu operum exactores adiunxisse, non autem eos primum instituisse volunt, ANASTASIVS, & PLATINA, quorum ille: (*b*) *Hic* (Fabianus,) inquit, *regiones divisit diaconibus, & fecit 7. subdiaconos, qui septem notariis imminerent, ut gesta martyrum in integro colligerent.* Hic vero ita: (*c*) *Fabianus autem pontifex septem diaconis regiones divisit, qui a notariis martyrum res gestas colligerent ad ceterorum exemplum, qui Christi fidem profitebantur.* Vt taceam, ab iis, qui pro Fabiano pugnant, nullas proferri rationes, minimum, non memorari ab auctoribus, qui opinionis istius mentionem faciunt. Quae enim iam adlata sunt, fortassis ad ostendendum, quod intenderam, sufficiunt, nihil esse, cur iis accedamus, qui vel Anterum, vel Fabianum auctorem statuunt notariorum ecclesiasticorum.

§. II. Praesertim cum origo illorum longe melius ex effato virorum doctissimorum a persecutionibus repetatur, quae in primo statim seculo post Christum natum, ecclesiam afflixere christianam. Nec ausim penitus recedere a communi omnium sensu, qui est, sub Clemente primo romano episcopo notarios regionarios coepisse. Id enim ANASTASIVS tradit his verbis; (*d*) *Hic* (Clemens) *fecit 7. regiones dividi notariis fidelibus ecclesiae,*

(*a*) l. c. (*b*) in vita Fabiani PP. p. 9. (*c*) de vit. pontif. p. 56.
(*d*) in vit. Clement. p. 2.

ecclesiae, qui gesta martyrum sollicite & curiose unusquisque per regionem suam diligenter perquirerent. Et PLATINA, (*a*) *sedem vero Petri retinens*, (Clemens) inquit, *annis novem, mensibus duobus, diebus decem: & regiones septem notariis divisit, qui diligenter res gestas martyrum scriberent.* Idem legas in venerabilis Bedae & Adonis episcopi Viennensis martyrologiis. (*b*) Idem Guilielmus de Nangis adfirmat & Albertus Stadensis BOXHORNIO referente. (*c*) Idem WERNERVS ROLEWINCK scribit, (*d*) idem quoque COMPILATIONIS CHRONOLOGICAE AVCTOR, quae germ. script. tom. I. Pistorii inserta legitur (*e*) idem denique CARION, (*f*) POLYDORVS VIRGILIVS, (*g*) LYDIVS (*h*) & CHARRON. (*i*) Non nescio quidem, compilationis chronologicae consarcinatorem, XII, Carionem vero, octo memorare regiones, (si uterque locus mendi est expers) quae notariorum curae, a Clemente olim sunt commissae. Verum hoc obstare, quo minus in summa causae, conspirare hos cum reliquis, dici queat, nemo credo est, qui existimet. Quare finem facio hac de re scribendi, monens, *notarii* nomen inde postea in graecam translatum esse ecclesiam, quid quod temporis processu, morem hinc natum colligi omnino posse, ut patriarchae, episc. &c. suos habuerint notarios.

TANTVM.

(*a*) l. c. p. 23. (*b*) quod assero fide fretus b. Sagittarii d. l. §. XI. (*c*) in hist. univ. p. 167. (*d*) in fascic. temp. Vid. germ. script. tom. II. a Pist. edit. p. 40. c. 2. (*e*) p. 710. (*f*) in chron. lib. 3. p. 230. (*g*) de invent. rer. lib. IV. c. XI. ubi Iulium quidem primo loco memorat, mox autem Clementi tribuit pium istud factum. (*h*) in gloss. lat. barb. quod accessit Nic. de Clemangis operibus Lugd. Bat. ed. anno 1613. (*i*) hist. univ. c. LXXI. p. 489.

(o)

DAVIDI SC
SS. THEOL. CVLTORI
VIRTVTE CLA
S. P.
PRAES

TRiennium fere elapsum est, ex quo soci
quasdam satis difficiles, in viginti octo
ardore pertractasti, ob id in duabus prolusioni
Iuliam nostram corpore quidem reliquisti, ani
id unum cogitans, qua ratione in hac acade
prio marte elaboratum, luci sisteres publicae.
de notariis ecclesiae orientalis & occidentali
tactum, tuis tamen studiis laboribusque dig
fueras adgressus, tantum tibi a[illegible]uisivisti ex
que scriptis apparatum, ut prolixum tractatu
Habuisti in hoc negotio suscepto faventissimu
sana, nec non prudentia civili excellenti
publicae Bremensis consiliarium primarium
aestumatissimum, qui tibi, in vicinia tunc
ad bibliothecam instructissimam, sed & optim
dos, ut hi cum cura a te evolverentur, gratio
me reverendo patre tuo, amico meo cer
iunctim cum filio vasta saepe volumina perleg
Eo ergo industria tua pervenit, quo per libr
dissertationes, me licet oculato teste tacente,
quem viri in hoc studiorum genere versati
ungue cognoscent leonem, ex compendio & di
poris progressu ex patrum aliorumque doct
Si quandoque, post tuum ad nos reditum, s
distinguere intervallis, non alia fuerunt ist
opponentium publice tuendis occupati. De r
in academia hac transacta, ex vero testar
vis, omnibus suavis, & viris doctis maxi
bonorum calculo firmata, qui ex scholis nost
mittere prosperrima quaeque. Summum n
reguntur, tibi semper aderit, votis tuis su
ecclesiastico, cui destinatus es benedictione
In terris vero rerum sacrarum moderatores
experieris studiorum tuorum promotores ce
non vanus tibi auguror & candido ex pecto
variis districtus laboribus die XX.

SCHARFIO
LTORI DOCTRINA ET
TE CLARISSIMO
S. P. D.
RAESES.

ex quo socinianorum controversias, earumque
iginti octo dissertationibus publicis incredibili
s prolusionibus a me laudatus. Ex eo tempore
liquisti, animo autem illi semper fuisti praesens,
n hac academia eruditionis tuae specimen, pro-
es publicae. Commendabam tibi argumentum,
occidentalis, *a nemine hucusque ex professo*
ibusque dignissimum: hoc postquam sine mora
uisivisti ex conciliis, historicis scriptoribus aliis-
um tractatum ex illo facile conscribere potuisses.
aventissimum, virum eruditione sacra & pro-
li excellentissimum DN. A MASTRICHT, *rei-*
primarium, fautorem nostrum multis ab annis
icinia tunc commoranti, aditum non duntaxat
sed & optimos quosque libros domum deportan-
ntur, gratiose permisit. Quid dicam de maxi-
co meo certissimo, cui summa fuit voluptas,
uminaperlegere, ne quid intactum relinqueretur.
quo per librorum copiam ire licuit. Ipsae hae
ste tacente, de tuo indefesso testabuntur labore,
nere versatissimi probabunt, laudabuntque: ex
pendio & dicendorum summa ipsum opus, tem-
umque doctorum libris ulterius perficiendum.
reditum, severiora haec studia certis voluisti
fuerunt ista, quam novi labores, in partibus
bati. De reliqua vita omni, per plures annos
vero testari possum, quod nemini fueris gra-
doctis maxime probatus. Hac laude, communi
scholis nostris discedit, ei non possum non pro-
Summum numen, cuius nutu omnia in orbe
votis tuis successus dabit felices & in munere
benedictionem coelitus largietur amplissimam.
moderatores habebis gratiosos, aliosque patronos
omotores certissimos. Haec omnia & singula
dido ex pectore voveo! Vale. Dabam raptim
bus die XXX. Martii A. MDCCXV.